

Heinrich Müller

Causa Augustorum sive Caesarum, Regum atque Principum contra Pontificem Romanum eiusque Parasitos Bellarminum Bzovium & alios

Rostochi[i]: Kilius, 1666


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730122581>

Druck Freier  Zugang





Ff-1291^{1-3.}




Causa
AUGUSTORUM
sive
CÆSARUM, REGUM
atque PRINCIPUM

contra,


PONTIFICEM ROMANUM

ejusque Parasitos BELLARMINUM
BZOVIUM & alios



Defensa

ab



HENRICO MULLERO, Academiae
Rostochiensis h. t. RECTORE,



ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.
ANNO M DC LXVI,

FF-1291-3.

SERENISSIMO. CELSISSIMO QVE.
PRINCIPI, AC. DOMINO.
DN. GUSTAVO. ADOLPHO.
PRINCIPI. WANDALORUM.
SWERINI, ET, RACEBURGI.
COMITI. SVERINI,
ROSTOCHII. ET, STAR-
GARDIÆ. DYNASTÆ.

GUSTA-
VUS
per transp.
lit.
AUGUS-
TUS

HEROI. VERE. AUGUSTO.
ET.
IN. GLORIAM. SECULI. NATO.

PIO,
CLEMENTI.
JUSTO.
PACIFICO.

PATRI. PATRIÆ.

OPTIMO. MAXIMO.

DE. PROVINCIA. MEKLENBURGICA.

DE ACADEMIA.

DEQVE. URBE. ROSTOCHIENSI.

NUNQVAM. NON. OPTUME.

MERENTI.

ECCLESIAE.

NUTRITORI.

REIPUBLICÆ.

STATORI.

VERÆ. ERUDITIONIS. SOLI.

DÆQVE. VIRTUTIS.

EXEMPLO. INCOMPARABILI.

DOMINO. CLEMENTISSIMO.

PRINCEPS SERENISSIME,
DOMINE CLEMENTISSIMÉ.



Vet in tuam se conferre clien-
telam hoc quicquid est opus-
culi, ut sub Augusti Tui nomi-
nis præsidio prodeat in vulgus,
quod causæ Augustorum aula
contra Romanensis parasitos in se suscepit
patrocinium. Tibi, PRINCIPUM EXCELLEN-
TISSIME, id debetur omne, quod ad pro-
movendam rem literariam à quoquam no-
strum proficisci potest unquam, quando qui-
dem in Te sub cælo salus, in Te spes, in Te
vita nostra, ut vivere delectet, reposta, &
quicquid felices reddere nos potest, id Te-
cum omne est. Neque jam hic est comme-
morandi locus, quanta effulgeat ingenii tui
vis; quàm blanda, sed indeclinabilis effica-
ciæ, benignitas; quàm perspicax bonæ men-
tis acies; quàm celestis & igneus vigor; quàm
limatum & acre iudicium, quod nullæ artes,
colores

colores nulli frustrantur; quàm in ipsis oculis, in ipso vultu tuo dimicantes virtutes variæ. Quos divinæ in te, PRINCIPUM OPTIME, Majestatis radios, submisso potius veneror silentio, quàm parcè attingo & jejunè. Patere nunc tantum, AUGUSTE, ut AUGUSTI nominis Tui characteres in frontispicio exhibeant pagellæ meæ, quæ pro AUGUSTORUM Nominum AUGUSTA dignitate contra loqvuntur eorum contemptores Romanenses. Et certè est quod sperem, habiturum aliquam apud Te gratiam tenue hoc opusculum, qui, quæ offeruntur, non ex immensa paginarum mole, sed submisso devotoq; offerentis affectu æstimare soles; qui & ipse ad invidiam doctus & doctis impense faves, inque promovendo commodo literario noctes desudas diesve. Quæ vel ipsæ rationes Tibi votum approbabunt, quod sanctissimum his concipio verbis:

VIVAS

VIVAS.
SERENISSIME.
ET.
SALVUS. SIS. AD. VOTUM.
SALVA. SIT.
EMENDATISSIMI. EXEMPLI.
PRINCEPS.
MAGDALENA. SYBILLA.
TUA.
TIBIQUE. DIU. SUPERSTITET.
SALVA. SIT.
ILLUSTRISSIMA. TUA. PROLES.
ET. PRÆPRIMIS.
IN. QVO. SPES. TUA. SALUSQVE.
NOSTRA. REPOSTA. UNICE.
CAROLUS.
NOSTER.
QVI. TE.
NON. ORE. TANTUM.
SED. ET. INDOLE. REFERT.
PARENTEMQVE. LOQVITUR. SUUM.
FAXIT. COELUM.
NE. SOLEM. ILLUM. NOSTRUM.
NOBIS. VIVIS.
ORBIS. OCCIDUUM. VIDEAT.
VIVAS.

VIVAS.
ÆTERNUM. VIVAS.
PRINCIPUM. INDULGENTISSIME,
GUSTAVE. ADOLPHE.

VIVAS.
ET. SALUTE. FRUARIS.
CONSUMMATISSIMA.
AD. SUMMAM.
SALUTE.

ET.
HOMINI. EXPETENDA.

ET.
QVAMMAXIME. PRINCIPI.
SALUTE.

QVÆ. ET. HUIUS. VITÆ.
COMPLECTATUR. COMMODA,

ET.
IN. BEATAM. DUCAT.
IMMORTALITATEM,

Vale,

Vale, PRINCIPUM PISSIME, & patere ut
sim, quâ vixero, SERENISSIMÆ TUÆ
CELSITUDINIS

Humilimus

in Domino

Seryus

Rostochii d. 1. Martii
Anno M DC LXVI

HENRICUS Müller/
D.



CAUSA AUGUSTORUM

Contra Pontificem Romanum.

§. I.



Amrùm suo tempore in Ec-
clesiâ Romanâ tyrannicū tumorem
Cyprianus, *supercilium* Hierony-
mus, *fumosum seculi typhum* cum
Augustino Episcopi Africani anti-
quius gliscere conquesti sunt.
Præ aliis verò *seculo IV* magno Ba-
filio Cæsariensi in Cappadocia
Archiepiscopo ἰφθὺς ἰστὰ δὲ τὴν,

sic enim vocitat, ^a seu *occidentale supercilium* usque adeò ^a Epist. X.
displicuit, ut de Romana ecclesia severam hanc & gravem
protulerit sententiam; *Odi fastum illius ecclesie.* ^b Et qui ^b Baron. ad
sub medium *seculi V* floruit Historiæ ecclesiasticæ scriptor ^{ann. 327. §. 32}
eximius Socrates Pontifices Romanos sic degenerasse
memorat, ^c ut *πέρα τῆς ἰσραὴλῆος Ἰπὶ δουρασίαν, ultra sacerdotii* ^c lib. VII.
limites ad externum dominatum progressi sint, ad quem viam ^c II.
quandam quasi sternebat translatio sedis Imperii à vetere
Roma ad novam s. Constantinopolin. Certè, si ipsis fi-
des habenda est Pontificiis, recedendo Roma Constanti-
nus M. urbem Pontifici concessit, *decernens in ipsa urbe*
utriusq; potestatis Monarchiam Romanis Pontificibus. ^d Post ^d dist. 69. c
Constantini patris & filii mortem divisum quidem fuit ^e Constanting.

A

impe-

imperium in Orientale & Occidentale: Imperatores tamen Occidentis non Romæ, sed Mediolani vel Ravennæ sedere soliti sunt. Paulatim hic quidem Episcoporum Romanensium fastus majora sumebat incrementa, nondum tamen illi dominabantur, ut nunc, pro lubitu. Si quidem Græci Imperatores *seculo VI* postquam Romam cum reliqua Italia è Gothorum manibus extorsissent, dominatum hunc non nihil impediabant. Nam Imperatoribus deinceps per Exarchos (quorum sedes erat Ravennæ,) Italiam regentibus (cum Roma interim, quæ caput mundi fuerat, in ducatus formam redacta non Imperatori solùm, sed cum duce & Pontifice suo, Exarcho etiam subesset,) necesse habuerunt Romani Pontifices tum quoad temporale dominium non Imperatori solùm subesse, quem dominum suum agnoverunt, sed etiam Exarcho Ravennæ, tum etiam quoad ecclesiasticum Primatum, quia Exarchi sedes erat Ravennæ, Imperatoris verò Constantinopoli, non modò Ravennatem Episcopum æqualem ad tempus & æmulum ferre, sed Constantinopolitanum etiam (favente ei Imperatore) superiorem. Utrumq; hoc dominatus Pontificii obstaculum *seculo VII* è medio sublatum est, cum Phocas post cædem Mauritiï, qui Constantinopolitano *Oecumenici Patriarchæ* titulum indulserat, Imperium invasit.

§. 2. Quis Phocas ille fuerit & qualis, narrant Anastasius Episcopus Nicænus & Georgius Cedrenus his verbis: *Quidam monachus in civitate Constantinopolitana vir sanctus & qui ad DEUM magnam habebat fiduciam, cum Deo disceptabat dicens in simplicitate; Domine, cur eum fecisti Imperatorem? Deinde cum permultis diebus hoc dixisset, vox ad eum venit à Deo dicens; Quoniam non inveni peiorem.* Cedrenus

• Ille Tom.
I Bibl. Patr.
Hic in comp.
Histor.

Cedrenus insuper hosce characteres homini imprimit, quod *vinosus* fuerit, *mulierosus*, *sanguinarius*, *in dicendo ferox*, *a miseratione alienus*, *moribus ferus*, *hereticus*. Ab hoc scelerum omnium compendio & plusquam barbaro parricida universalis Episcopus & totius Ecclesiæ caput constitutus est Pontifex Romanus, uti innumeri ferè tradiderunt auctores, quos inter sunt Beda, *f* Paulus ^{f de rat. temp. c. 67. an. 4562.} Diaconus Aquilejensis, *g* Freculphus Episcopus Lexoviensis, *b* Rhegino Abbas Prumiensis, *i* Sigebertus Monachus Gemblacensis, *k* Vincentius Bellovacensis ^{g l. IV de gest. Lomb. gob. c. 37. h lib. V. Chron. c. 26. i lib. I Chr. k in Chron. ann 607. l Spec. Hist. lib. XXII, c. 107. m in Chron. n Volum. II Gen. 21.} *l* Matthæus Palmerius Florentinus, *m* Joh. Nauclerus, *n* & quamplurimi alii. Hinc inter præambula Synodi VI Constantinopolitanæ duæ exstant Epistolæ Constantini Pogonati scriptæ circa annum 677 ad Domnum Papam Romanum & Georgium Patriarcham Constantinopolitanum, quarum prior inscribitur; *Domno sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo antiquæ Romæ, & universali Papæ. Posterior, Georgio sanctissimo, & beatissimo Archiepiscopo Constantinopoleos & universali Patriarchæ.* Ejusdem Concilii actis Romani Pontificis Legati subscripserunt ad hunc modum: *Theodorus humilis Presbyter S. Romane Ecclesiæ, locum gerens Agathonis ter beatissimi universalis Papæ urbis Romæ subscripsi.* Oblatus quidem antea erat idem titulus Leoni in Concilio Chalcedonensi & ab Eulogio, ut nos mones Bellarmine, ^{o lib. II de Pont. c. 31.} sed nec affectatus ab eo nec admissus.

§ 3. Hinc quæ non solum in Episcopos, sed & Reges atq; Imperatores usurparetur, enata est *Omnipotentia Papalis*, sed non nisi pedetentim atq; per gradus. Sub finem enim *hujus Seculi*, cum antea receptum esset, ut non rata esset Romani Pontificis electio à Clero & populo fa-

cta, nisi ab Imperatore vel Exarcho Ravennæ esset confirmata, obtinuit tandem *Benedictus II*, à Constantino Pogonato hanc potestatem, ut quem Clerus, populus, exercitusq; Romanus in Pontificem delegisset, is è vestigio confirmaretur, non expectato vel Imperatoris vel Exarchi consensu, uti refert qui Evgenio IV Pontifici à Secretis fuit Flavius Blondus. P

Rom. Incl.
dec. I. lib. 9.

§. 4. Ex hoc evuluit Romæ Imperatorum auctoritas. Hinc legas, si Historiam evolvas *Seculi VIII*, fovisse *Gregorios II & III*. contra Leonem Isaurum clanculariis consiliis rebellionem, & quoad ausi sunt promovisse. Legas *Zachariam* Chilpericum Regem Franciæ, ut Pontificii quidem gloriantur, deposuisse, & Pipinum in ejus locum substituisse, omnesq; Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi præstiterant, absolvisse, pro quo beneficio Papæ *Stephano III* Pipinus Ravennam è Longobardorum manibus excussam, ad animæ suæ salutem, & peccatorum remissionem B. Petro ejusq; successoribus donavit, referente Sigonio, q quam donationem filius ejus Carolus M. postquam rogatu *Adriani* Papæ Longobardos debellasset, confirmavit, & (reservatis tamen sibi regalibus) auxit: quod ut & alia ipsi compensaret beneficia *Leo III* Populi Romani seitu precibusq; Imperatorem eum declaratum coronavit & unxit. Ita, Papa auctore, imperium occidentis, quod in Augustulo defecerat, in Carolo M. instauratum, ac postea in Ottone renovatum est, uti gloriaris Bellarmine. *

lib. III de
regna Ital.

Hb. I de
transl. Imp.
Rom.

§. 5. *Seculum IX* Tyrannos inter & Dominatores Papas præter *Gregorium IV* & *Nicolaum I* numerat *Hadrianum II*, qui non solum Hincmaro Rhemenfi Archiepiscopo mandavit, ut Regem suum Carolum Calvum

COME

5
 communione privaret, ni regno fratris sui Loharii filio
 ejus Ludovico cederet; sed & ipse in literis ad Regem su-
 perciliofa hac usus est verborum formula: *Volumus &*
auctoritate Apostolica jubemus ipsum Hinemarum Laud-
nensem Episcopum, vestra fretum potentia, ad limina San-
ctorum, nostramq; venire Clementiam. Quam insolenti-
 am indignè ferens Rex hoc modo Pontifici rescripsit: *Val-*
de mirati sumus, ubi hoc dictator epistola nobis per Aetardum
Episcopum delata scriptum invenerit, esse auctoritate Apostoli-
ca præcipiendum, ut Rex corrector iniquorum & districtor
reorum, ac secundum leges ecclesiasticas atq; mundanas ultor
criminum reum realiter & regulariter pro excessibus suis
damnatum, sua fretum potentia Romam dirigat &c. Unde si-
cut vobis rescripsimus, & nunc iterum vobis scribere non
piguit, sed exigente causa necessarium est, quia Reges Fran-
corum ex regio genere nati non Episcoporum Vice-Domini ha-
 Etenus fuimus computati. Et ut Leo ac Romana Synodus
 scripsit, REGES ET IMPERATORES, QVOS TERRIS
 DIVINA POTENTIA PRÆCIPIT PRÆSSÆ, JUS DI-
 STINGVENDORUM NEGOTIORUM EPISCOPIS
 SANCTIS JUXTA DIVALIA CONSTITUTA PERMI-
 SERUNT, non autem Episcoporum villici extiterunt. Quis
 igitur hanc inversam legem infernus evomuit? quis Tarta-
 rus de suis abditis & tenebrosis cuniculis eructavit? contra
 quam literis sacris ostensa nobis est via, quam sequamur, uti
 habent constitutiones imperiales à Goldasto editæ.

S. 4. Seculo X Jobannis Papæ XII impotenti domi-
 nandi cupidini aliisque immensis sceleribus cum ire ob-
 viam Otho Magnus & Romanæ Synodi Episcopi con-
 stituerunt, illum fuga judicium prævenientem Pontifi-
 catu pepulerunt Leone VIII ei surrogato.

A 3

S. 7. Sub

s. apud Uffe-
 rium de Chr.
 Eccles. suc-
 ces. & Stat.
 c. 4.

§ 7. Sub initium *Seculi XI Sylvester Papa II*, antea
 * in vita ejus *Gerebertus* dictus occurrit, de quo *Platina*; *Gerebertus*
ambitione & diabolica dominandi cupiditate impulsus, lar-
gitione primò quidem Archiepiscopatum Rbemensem, inde
Ravennatem adeptus, Pontificatum postremo, majore conatu
adjuvante Diabolo, consecutus est; hac tamen lege, ut post
mortem totus illius esset, cujus fraudibus tantam dignitatem
adeptus erat. Hic *Sylvester* exercitu circumfuso *Casenam*
 * in vita *obsedit*, ut memorat *Petrus Damiani*, * *Huic Otho-*
Mauri. *nem III vetera Pipini & Caroli privilegia confirmasse,*
& octo in Marchia Anconitanensi, quamdiu viveret, ci-
virates assignasse referunt Sigonius & Nihemius, cujus
rei penes auctores fides esto. Sic crevit tandem in im-
mensum Papalis potentia, decresciente interim de die in
diem auctoritate imperatoria atq; Regia. Quod ut li-
queat magis, quintum ab hoc Sylvestro Papam, Benedi-
ctum IX producimur in scenam. Per largitionem is
ordinatus fuit cum 12. circiter annorum puer esset, & in
immania postea, cum accresceret ætas, se projecit flagi-
tia, uti de eo tradunt qui coætanei fuerunt Glaber Ro-
 * I. IV. Hist. *dulphus* * & *Hermannus Contractus* * *Monachi.* Sumisit
 c. 5.
 * Tom. I. *sibi hic Benedictus potestatem conferendi coronam Ro-*
 Chron. *mani imperii cui collibitum esset. Hinc defuncto Ro-*
manorum imperatore Conrado, habito cum familiari
Laurentio aliisq; complicibus consilio, molitus est fili-
um Conradi Henricum successionem imperii exturbare.
Quod ut eò succederet felicius misit coronam Romani
imperii Petro Regi Ungarico, quem per Godfridum Lo-
tharingiæ ducem primo conflictu prostravit atq; cepit
Henricus, & ut digna factis tanti schismatis auctori red-
deret, Romam venire constituit. Quo audito, Benedi-
ctus

7
 aus timore perterritus Papatum vendidit complici
 suo, Archipresbytero Eccles. S. Johannis de porta Lati-
 na, acceptis ab eo libris mille quingentis, ut habet Ben-
 no. In qua confusione fuerit hac ipsa ætate Ecclesia Ro-
 mana docet nos Sigebertus, qui rem ita narrat: *1* Bene-
 dictus simoniacè Papatu Romano invaso, cum esset rudis lite-
 rarum, alterum advices ecclesiastici officii exsequendas se-
 cum Papam consecrari fecit. Quod cum multis non placeret,
 tertius superinducitur, qui vices duorum expleret Roma. Uno
 itaq; contra duos, & duobus contra unum de Papatu altercan-
 tibus, Rex Henricus Conradi fil. contra eos Romam vadit, &
 eis canonicæ & imperiali censura depositis, Suidgerum Bamber-
 gensem Episcopum Papam fecit, qui & Clemens vocatus est.
 Et vicissim ab eo Rex Henricus in Imperatorem benedictus
 est: jurantibus Romanis, se sine ejus consensu, ejusq; successo-
 rum, nunquam Papam electuros. Misso Benedicto, vel, ut
 verius loquamur, Maledicto Papa, ad Gregorium VII qui
 hoc ipso sedit seculo, promovemur. Sub hoc enim tan-
 dem utramq; potestatem tum temporalem tum spiri-
 tualem, quam diu affectaverat, obtinuit Roma. Verissimè
 Aventinus; ² Hildebrandus qui & Gregorius VII, primus
 imperium Pontificium condidit, quod successores, per qua-
 dringentos quinquaginta continenter annos, invito mundo, in-
 vitis imperatoribus, ad eò auxere, ut inferos superos in ser-
 vitutem redegerint, atq; sub jugum miserint &c. Jam Impe-
 rator Romanus nihil amplius; appellatio modo est, sine cor-
 pore, sine specie. Et Onuphrius ^{aa} Huic, inquit, Gregorio
 VII Ecclesia Romana acceptum referre debet, quod Regibus,
 Imperatoribus, & omnibus Christianis Principibus sit præfecta;
 à quò maximus iste eximiusq; status, in quo Ecclesia Romana
 est omnium Christianorum Dominus: cum antea, tanquam vi-
 lis an-

Chron. ad
an. 1047.

² lib. V. an-
nal. Bojor.

^{aa} in vita
Gregor. VII

*lis ancilla, non ab Imperatoribus modo, sed à quobis Principe
 Rom. imperii presidio fulto premeretur. Ab hoc maxima
 illius. Et omni seculo tremenda, venerandaq; Romani Pontifi-
 cis, Et infinita pene potestatis jus manabit. Ante Imperato-
 ribus suberant. Ille primus omnium Casarem ipsum, non dico
 excommunicare, sed etiam Regno imperioq; privare ausus
 est. Primus hic, qui jussiones suas imperatoribus impe-
 riosissimè imposuit. Mandamus, inquit apud Platinam, ^{bb}
 ne quisquam sit vel Rex, vel alius, qui nostris Legatis resistere
 audeat. Et iterum in form. Excommunic. Henrici IV ^{cc}
 Alioquin intelligit, quid sit jussionem ecclesie parvi facere,
 Primus hic, qui subjectos Imp. juramenti religione ex-
 solvit & impia contra eum arma movens cæde orbem at-
 que sanguine cruentavit. Quam sanctus ille fuerit, vel
 exinde constare potest, quod Majestatis læsæ aliorumq;
 scelerum crimine in quatuor Conciliis (quæ Adversarii
 Conciliabula vocant, quia Papa, nimirum pars rea, in illis
 judex esse prohibebatur,) Papiensi, Wormatiensi, Brixien-
 si & Moguntinensi damnatus est, ^{dd} Fusius hæc pertra-
 ctantem habes Ulserium, quem, si placet, lege. ^{ee} Hilde-
 brando nihilo in Casarem reverentiores erant successo-
 res Urbanus, Bennoni rectius Turbanus dictus, ^{ff} & Pascha-
 lis II, quorum ille incendia Hildebrandi jam defuncti
 resuscitabat, hujus ad Robertum Flandrensi-
 um comi-
 tem seditiosa vox extat atq; sanguinaria; ^{gg} Henricum
 hereticorum caput Et ejus fautores pro viribus persequaris.
 Nullum profecto Deo gratius sacrificium offerre poteris, quam
 si eum impugnes qui se contra Deum erexit, qui ecclesie Dei
 regnum auferre conatur &c.*

bb ibid.

et apud Bi-
nium Tom. 3.

dd ibid.
ecl. c. p. 150.
seqq.

ff in vita
Hildeb.

gg Tom. II
Concil. edit.
Colon. ann.
1557.

§. 8. Ex hoc fere tempore, postquam Gregorius VII in suis, uti vocabat, *dictatibus* primus clarissimè ab-
solutam

solutam in Concilia & ecclesiam sibi potestatem arrogaverat, totusq; in eo fuerat, ut Imperatorum auctoritatem, quam antiquitus in rebus ecclesiasticis habuerant, deprimeret, Pontifices supremam potestatem in Conciliis, quæ æstimabant & vocabant, oecumenicis obtinuerunt. Hinc *Seculo XII Calixtus II* in Concilio Lateranensi sua auctoritate, perinde ut ante Gregorius, conjugia Sacerdotum damnavit, & potestatis papalis o fores anathemate perculit. Quod tamen nihili omninò fecisse videtur *Fridericus Barbarossa* laudatissimus Imperator, qui cum ab *Adriano IV*, quod nomen suum præponeret Pontificio, ab Episcopis exigeret fidelitatis iuramentum, & Cardinalibus omnem in Germaniam aditum obstrueret, præcepti de parentibus honorandis violati accusaretur, hoc dedit responsum: *Fridericus D. G. Rom. Imperator semper Augustus Hadriano ecclesia catholice Pontifici omnibus illis adherere quæ coepit Jesus facere & docere. Lex iustitia unicuique quod suum est restituit. Non enim parentibus nostris derogamus, quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorem, à quibus videlicet progenitoribus nostris & regni dignitatem suscepimus & coronam. Numquid tempore Constantini Sylvester regalis aliquid habuisse dignoscitur? Sed ejus pietatis concessione libertas concessa est ecclesia, pax restituta, & quicquid regalis habere dignoscitur papatus vester, largitione Principum obtinet. Unde cum Romano Pontifici scribimus, jure & ex antiquo nomen præponimus, & ad iustitiæ normam eidem nobis scribenti concedimus. Revolvite annales, & si lectum neglexistis, quod asserimus, illis invenitur. Ab his autem qui Dei sunt per adoptionem, & regalia nostra tenent, cur homagium & regalia Sacramenta non exigamus? cum ille noster & vester insti-*

B

tutor

tutor, ab homine rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferens, qui pro se & Petro censum Casari persolvit, & exemplum vobis dedit, ut ita faciatis, doceat vos, dicens: discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Aut igitur regalia nobis dimittant, aut si hæc utilia judicaverint, quæ Dei Deo, quæ Casaris Casari persolvant. Cardinalibus utiq; vestris clausa sunt ecclesia & non patent civitates, quia non videmus eos prædicatores, sed prædatores; non pacis corroboratores, sed pecunia raptores; non orbis reparatores, sed auræ insatiabiles corrasores. Cum autem viderimus eos, quales requirit ecclesia, portantes pacem, illuminantes Patriam, assistentes causa humilium in equitate, necessariis eos stipendiis & comæatu sustentare non differemus &c. Idem Fridericus in Gunteri Poëtæ Ligurino ^{bb} Hadrianum ad priorum seculorum considerationem hunc in modum revocat:

^{bb} ab Ufferio citato.

*Cogitet antiquos primævi temporis annos,
Præteritosq; dies & secula prisca revolvat,
Num Petrus, aut Clemens, num cætera turba piorum
Sceptra Latina dabat? Romanus tempore prisco
Pauper erat præsul; regali munere crevit,
Nec tamen ut fasces & regni jura Latini
Vel dare præsumat, vel cuiquam tollere possit.*

ⁱⁱ Hist. maj. an. 1213.

^A Epist. decret. l. i.

^B Conrad.

§ 9. Seculum XIII incipit Innocentius III de quo Matthæus Parisiensis refert, ⁱⁱ quod fuerit supra omnes mortales ambitiosus & superbus, pecuniæq; sitior insatiabilis, & ad omnia scelera pro præmiis datis vel promissis cæcus ac proclivis. Voluit is esse post Deum primus, ex cuius plenitudine omnes acciperent. ^{kk} Ipso accurante primum publica auctoritate collectum est jus Pontificium. ^{ll} Ipse, cum in Germania Philippum ducem Sveviæ, post

post fratris Henrici obitum insignia imperialia sibi vendicasse inaudisset, dixisse fertur apud Cuspinianum; *mm se ablaturum esse Philippo diadema regium aut Philippum Pa-*
pe in signe apostolicum: quæ res miras in imperio concitavit turbas. Ipse etiam Concilium Lateranense IV contra Albingenses & Almaricum Carnotensem coëgit & moderatus est, decrevitq; expeditionem in terram sanctam sine auctoritate Imperatoris. Quale seculi initium, tale medium. *Innocentius IV & Gregorius X* testes sunt satis luculenti. Ille Imp. Friderici dignitatem adeo non pensi habuit in Concilio Lugdunensi I, ut illum ecclesiâ ejicere non dubitavit: *Hic* verò in Concilio Lugdunensi II præsentiam sibi sumsit præ Michaelæ Palæologo Græcorum Imperatore, qui aderat, sed pœnè ad desperationem adactus, ut scribit Nicephorus Gregoras, *mm* Ideò spe impetrandi ex occidente auxilii facile se submitit Pontifici, ut non ipse præsideret Concilio, sed Papa, referente Roberto Gagvino. *oo* Nec felicior fuit pro Regibus atq; imperatoribus seculi hujus finis quàm initium, atq; medium, quippe *Bonifacius VIII*, qui seculum hocce clausit, subesse Romano Pontifici omnem omninò creaturam, atq; adeò etiam Reges & Imp. definivit, cujus definitionis hæc est formula; *pp*
Subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, definimus & pronuntiamus esse de necessitate salutis. Satis pro imperio. Quod illius decretum ex virulento in Principes odio profectum esse, Massonius scriptor Pontificius nos docet, qui Bonifacium sic definisse ait, quando *qq* *ille majore incensus odio mittebat qq* in Galliam quendam clericum Romanum, *Archidiaconum Harbonensem, cum literis quas publicare jubebat; illa autem*

Ursper. in Chron. *mm* in Philippo Casare

mm lib. V.

oo lib. VII

pp cap. Unæ Sanctam ex- trav. de maj. & obed.

qq in vita Bon. VIII

continebant diras in Philippum Pulchrum Gallia Regem, nisi in temporalibus aq; ac in spiritualibus subditum se Pontifici profiteretur. Sed quid isti Bonifacio paulò ante mortem contigerit, idem ipse narrat Massonius, quando Bonifacius, inquit, ex dolore animi in morbum tam violentum incidit, ut ipse sibi membra roderet. Ecce Nemefin divinam!

§ 10. Nec clementior in Reges fuit seculo XIV Clemens Papa V, qui Concilium Viennense contra Philippum Gallia Regem pro Bonifacio prædecessore suo habuit, itidem adversus dignitatem & auctoritatem magistratus politici.

§ 11. Seculo XV, cum Viri doctiores animadvertent Ecclesiam reformatione indigere, atq; ut Concilio Basileensi Papa se subjiceret, urgerent, Eugenius IV omnibus viribus se opposuit, & Florentia Concilium cogens ad illud evocavit Joh. Palaeologum Græcorum Imperatorem, qui cum præstò esset, adeò non præfuit Concilio, ut ne quidem eum primo loco sedere passus fuerit Pontifex; cum tamen Imperator id sibi de jure competere asseruisset, uti ex actis Concilii constat.

§ 12. Seculo superiori XVI Paulus IV pro fastu suo sic definivit; *rr* Imperator, Reges, Principes omnes, quos Papa habet pro hæreticis, jamdudum sunt depositi, ipsorum subditi jamdudum sunt juramento fidelitatis soluti, dudum regna, ducatus &c. publicata sunt, ut liceat ea invadere cuiusvis, & retinere jure proprietatis, dummodò sub obedientia Rom. Pontificis sit. Decretum hoc Pius V peculiari bulla ^{ss} confirmavit. Hinc Clemens VIII & hoc nostro Seculo XVII Paulus V Reginae ac Regis Angliæ & Venetorum subditos juramento fidelitatis liberarunt, iisque, qui nondum præstiterant, injunxerunt, ne unquam præscriptam juramenti

rr in sept. decretal. lib. 5. de hæret. & Schism. cap. cum ex Apostolatus

ss ibid. c. inter multiplices.

13

menti formulam præstarent. Hinc in *tractatu de victoria Clementis VIII de Henrico Galliarum Rege* expressè legitur, *Roma haberi rem ridiculam, Regem Francia imperium suum immediatè à Deo obtinere, quia Papa jamdiu habeat potestatem solvendi juramenta populoꝝ, quo ii Regibus sunt obstricti.* Hinc Pontifex Regi Angliæ non solum ecclesiasticum, sed & independens politicum regimen rapere conatus fuit, uti non obscurè colligas ex Bellarmino ¹¹ Apol. p. 80 & Svarezio. ¹² Quod cum subodorarentur Reges at- ¹³ que Principes, factum, uti *liber Bellarmini* adversus Barclajum *de potestate summi Pontificis* (suprà Reges) inscriptus, auctoritate Senatus Parisiensis Anno Dom. 1610 c. d. 26. Nov. proscriberetur ilicò Gallicæq; nationis hominibus interdiceretur, quod, sicut Formula proscriptionis loquitur, *Doctrinam contineret ad everfionem potestatum supremarum à Deo constitutarum pertinentem, ad rebellionem moventem, & ad machinandum in Principum capita ditionesq;, ac ad deturbandam pacem publicam incitantem.* Factum ut ex Venetis VII Theologi & post eos Paulus Servita, & Joh. Marsilius, ex Anglis Coventriensis, Sarisburiensis, Wintoniensis & Rossensis Episcopi Apologiam pro jure Principum adversus Bellarminum pondere gravem brevibus Papæ Brevibus opponerent. Hæc de Historia.

§ 13. Nunc quomodo *Scriptores Pontificii* non Papam Regibus, sed Reges Papæ contra Pauli monitum subordinant fugitivo quasi lustrabimus oculo. Et quidem docent illi quod *Papa non superiorem habeat in terris, sed ipse sit super omnes, tanquam qui de cælo venit, ut ait Capistranus; ¹⁴ Papa, inquit Hostiensis, ¹⁵ super omnes est. Omnia enim Petro subjecit Dominus. Ergo nihil exclusit, ¹⁶ nec*

B 3

nec

Per venerabilem, qui filii sunt legitimi. *yy* de Pos. *xx* qv. 45. a. 1. *xx* qv. 36. a. 4.

aaa contr. *Barcl.*

bbb l. c.

ccc lib. VI.

ddd lib. I. c. 2

eee l. c.

nec Imperatorem, nec Patriarchas. Et Augustinus de Ancona, Ut nullus sana mentis potest dicere, ait, *yy* se non habere Deum supra se; ita nullus potest dicere vicarium ejus (Papatam) qui ejus auctoritate dominatur, supra se Dominium non habere. Idq; ne de spiritualibus tantum intelligas, idem Auctor alibi; Non in spiritualibus solum, inquit, *xx* Papa est major quocumq; Imperatore vel Rege, sed etiam in temporalibus, quoniam Vicarius est Dei, qui spiritualium & temporalium Dominus est universorum. Et Capistranus; Papa super Imperatores & omnes Reges jurisdictionem omnimodam vice Christi obtinet. Vel, ut Bellarminus ex Sylvestro citat, *aaa* habet in omnes Reges & Principes Christianos universalem spiritualium & temporalium jurisdictionem. Hinc Paulus IV in bulla ad Ducem Florentiæ Regem se Regem appellat & Dominum Dominantium. Quò etiam spectat illud Nicolai Papæ apud Dounamum, *bbb* nec ab Imperatore Pontificem, nec à Rege judicari posse, quoniam non sit Servus supra Dominum: Illud Hadriani IV apud Aventinum; *ccc* per Papam regnare Imperatorem: illud Clementis in Concilio Viennensi, à Papa omne jus Regum pendere. Nimirum subjecti sunt Reges Papæ quâ temporalium recognitionem, quia successit Romana ecclesia vice Christi in quatuor Monarchiis denotatis statua illa, quam vidit Nebucadnezar, ut habet Bozius. *ddd* Hinc directum imperii (imò totius orbis) Dominium penes Deum remanet, & consequenter penes Papam: ejus tantum exercitium, seu immediatam administrationem partim imperatori commisit, partim Regibus ceteris permisit, illi quidem, ne ipse se implicet negotiis secularibus; his verò propter pacem servandam, ceu docet Augustinus Triumphus. *eee* In Papa ergò fons est & origo omnis Principatus, & ab eo cetera potestates defluunt. Necie-
merè

15
merè Ecclesia vocatur cælorum regnum, sed ut cognoscamus à Petro (cui data sunt claves regni cælorum) ac Petri successoribus esse omnem vim Regiam, rerumq; omnium potestatem super terras: veluti à cælis est omnis motus, ac vita viventium mobiliumq; cunctorum, quæ sunt verba Th. Bozii. *ff* *ff* l. II c. 7.
l. I. c. 12.

§. 14. Si regeras, Papam ab imperatoribus temporalium potestatem accepisse potius, quàm hos ab illo, respondentem habebis Augustinum Triumphum; *ggg* *ggg* 97.38.c.3
Constantinus quidem coronam imposuit Papa, sed sicut minister obsequens, non sicut Dominium & auctoritatem præbens: cuius signum fuit, quod tenens equum ejus, Stratoris officium exhibuit: Veli hoc responsum non est ad palatum, audi respondentem Carerium; *bbb* Constantinus reddidit ecclesia *bbb* lib. II de
& Christi vicario, quæ ab ipso receperat: ideo illa donatio red- *pot. R. P.*
ditio censetur. Domini enim est terra & plenitudo ejus, & per *c. 21.*
consequens Papa sui vicarii, De suo nihil dedit, sed donando reddidit in Domini recognitionem & honoris venerationem. Pipinus & Carolus Exarchatum Ravenna per donationis paginam restituerunt. Qui dicunt Romam, Exarchatum Ravenna, & ceteras Italia diuiones donatas à Pipino & Carolo M. Pontificibus Romanis, ii omninò falluntur. Habet Papa temporale dominium immediate à Deo Matth. 16. executione, seu declaratiuè à Conciliis; à Constantino verò promulgatiuè.

§. 15. Nec Regum tantum, sed & Legum potestatem penes Papam esse Glossatoribus atq; Canonistis persuasum est, & imprimis, quem aliquotiens jam allegavimus, Augustino de Ancona, qui, illo, inquit, *iii* *qv. 44.a.1*
imperialis dependet ab auctoritate Papæ, quo jure dependet à lege divina. Et iterum: *kkk* Potestas Papæ major est omni alia *kkk* *qv. 1.a.3.*
majoritate auctoritatis; quia nullius Imperatoris, Regis, vel alterius Principis leges, seu statuta alicujus roboris vel firmitatis

tatis esse censentur, nisi quatenus sunt per auctoritatem Papæ confirmata & approbata. Et alibi; III Papa sua auctoritate leges imperiales potest mutare, & impunitum dimittere reum, quem leges imperiales condemnant. Hinc Papa auctoritatem sibi sumit dispensandi in omni lege humana. Imò secundum plenitudinem potestatis de jure potest & supra jus dispensare, & illud omnino tollere, ut loquitur Innocentius. *mm*

mm extr.
de conces.
præb. c. pro-
posuit.

§. 16. Et ne dubites Reges Pontifici subjectos, Pontificem autem in terris nemini, docent illi à Cæsare ad Papam per appellationem dari recursum, à Papa ad neminem. Hinc Capistranus, *Ad Romanam*, inquit, *sedem de qualibet mundi parte appellandum est; ab illa autem nemo est appellare permissus. Et Anconensis; nnn A quocunq; homine, Rege vel Imperatore quis injustè gravatur, potest licitè ad summum Pontificem appellare*, Sumamus nunc quod habet Carerius; *ooo Summum imperium penes eum esse constat, ad cujus tribunal provocatur*, Atq; à Regibus & imperatoribus provocatur ad tribunal Papæ. Itaq; penes Papam etiam in Reges ipsos summum imperium agnoscendum est. Certè olim non sic erat. Illustris est hac de re *ppp* *app* *ELXIX* Historia Donatistarum apud Augustinum, *ppp* qua constat tam longe abuisse ut à Cæsare provocatio fieret ad Pontificem, uti potius appellatus Cæsar Constantinus M. Metriadem Rom. Episcopum Commissarium sibi deputari, qui cum adhibitis Collegis Cæciliani causam ad se delatam cognosceret & judicio terminaret: cujus delegationis literæ leguntur ad verbum expressæ apud Eusebium *qqq* & Nicephorum. *rrr* Sed illud maximè animadvertendum est, postquam in illo judicio Cæcilianus absolutus & innocens ab Episcopis pronuntiatus est, dome-

rrr lib. X
Hist. c. 9.
rrr l. VII
Hist. c. 43.

domesticum, *neq; rectè judicatam causam, neq; omninò audiatam esse* conquestos, eoq; prætextu Imperatorem appellatione nova pertentasse, quâ factum est, ut causam illi aliis Episcopis & novo judicio in Arelatensi Gallia civitate cognoscendam daret. Postquam verò nec illa auditione acquiescerent, iterum rem appellatione tertiâ delatam Imperatori & ab ipso cognitionem obtinuisse, quâ homines impudentissimè importuni causâ ceciderunt & ab Imp. damnati sunt, ubi, quia Romanus Episcopus non nisi delegatus ab Imperatore Judex erat, à quo iterum ad Imperatorem provocari potuit, liquidè constat supremum fuisse forum Caesaris; ab omnibus ad illum, ab illo ad neminem appellari potuisse. Quod clarissimè nos docet Athanasius, qui ita Imp. Constantinum alloquitur; *sss Si apud alios accusatus essem, ad tuam Majestatem provocarem, quemadmodum Apostolus dixit; Casarem appello, & cessatum est ab insidiis contra eum. Jam cum apud Te calumnias mihi ausi sunt intentare, ad quem à Te, queso, appellare potero, nisi ad Patrem ejus qui dicit, Ego sum veritas?*

§ 17. Sed mittamus etiam hoc. Illud verò intolerabile, quod docet Augustinus Triumphus, *iii pertinere iii qv. 46, ad Papam solum in Reges ipsos judicalem ferre sententiam,* a. 1. quia ipse sit iudex omnium non recognoscentium superiorem, etiam Regum, vel Imperatoris. Hinc Papa potestatem sibi sumit deponendi Reges & transferendi regna, idq; ut Canonistæ docent, *de jure*. Pro articulo enim fidei ferè habetur hodie, quod Papa possit omnes reges, cum subest causa rationabilis, regnis suis privare. Si quæras quænam illa rationabilis causa? respondet Joh. de Turrecremata, *iiii i. II, c. 114.* esse insufficientiam. *Potest, inquit, Papa monere regem, qui*

C

insuffi-

insufficiens est, ut regno cedat, quod sine peccato non potest retinere. Quod si nolit facere, excommunicet eum; quod si in excommunicatione perseveret, potest deponere, & subditos ejus à subjectione absolvere. Addit Capistranus ^{www} negligentiam. Nam quemcumq; Principem secularem, ait, inutilem & negligentem circa regnum & justitiam Papa potest deponere. Augustinus Triumphus addit inobedientiam, quam tyrannidem vocat. Contra Tyrannos, inquit, ^{xxx} qui Christiani sunt, sibi resistentes, Papa non solum jure potest, sed etiam debet cruce signatos destinare. Quod autem de regnorum translatione dixi, confirmat Bellarminus, quando Potest, inquit, ^{www} Papa potestatem politicam, si opus sit, ad finem spiritualem uni Principi adimere & alteri conferre.

www l. c.

xxx qv. 26.

a. 5.

www contr.
Barcl. c. V

zzz li. c.

aaaa li. II
de R. B. c. 29.

§ 18 Ad te ergò, Bellarmine, devolvimur, & quæ tua in causa Regum sit, exploramus, sententia, qui te Pontificiarum partium non ita pridem professus es antesignanum. Tu verò, ut rectè de te dixit Abbotius, ^{zzz} in illas te perplexitates induis, ut mirum sit quàm miserè torqueas ingenium explicando te, quàm ridiculum te facias, dum in omnes te vertis formas, dum anfractus petis & diverticula atq; latibula, & funes tibi ex arena necis, & modificationibus novarum distinctionum uteris, quæ pessimæ causæ debilitatem & desperationem produnt. In prima operum editione *Melius est*, inquis, ^{aaaa} Petrum & Paulum Imperatori Romano, non factò tantum, sed jure, fuisse subiectos. Excandescunt ea de re tibi Sixtus & Paulus quinti, periculum est ne liber ea de causa in vetitos referatur. Quid tu? contremiscis ad fulgur expelvi, & recognoscendo *melius esse* dicis *ut factò tantum dicantur non jure fuisse subiecti, quia auctoritas summi Pontificis paulatim magis atq; magis fuerit declarata.* Quis sibi temperet

peret abs cachinno? Ergo ex quo tu opera tua primò edidisti, supervenit Romæ nova lux, quæ multò felicius & uberius quàm unquam ante Pontificiæ potestatis amplitudo intellecta est. Ignorarunt illam Petrus & Paulus, & qui illos Episcopi ad mille usq; annos consecuti sunt, quousq; somniavit illam tandem Hildebrandus, ex quo jactata res subinde, sed haud satis plenè declarata, donec didicisti illam senescens jam fere ad delirium usq; Bellarmine. Addam, quæ olim tibi objecit idem Episcopus Sarisburiensis: in prima editione non probas, *ut principes infideles priventur Dominio, nisi avertere conentur fideles sibi subjectos à fide.* In recognitione operum non approbo, inquis, quod dixi. Ego Durandum secutus sum, sed auctoritas S. Thoma, contra quem Durandus disputat, meritò prevalere debet, posse privari absq; hoc, quod conentur avertere fideles sibi subjectos à fide. In prima editione operum dicis, ex decreto Pontifices solitos fuisse eligi aliquando ab imperatoribus. Hoc quia præjudicio Pontificis esse potuit, in recognito opere Eos errores didici, inquis, postea non esse satis probatos. In priore editione Apostoli sententia hæc, quæ sub manu est, Clericos, teste Chrysostomo, regibus subjectos esse jubet; in posteriori editione non tenet clericos sententia ista, quia Reges clericis non sunt reges. In prima edit. clerici à jure Principum eximuntur non jure divino, sed tantum humano. In posteriore non jure tantum humano, sed divino quoque excipiuntur. Ecce quàm unus non unus es, Bellarmine!

§ 19. Sed ut arctius te comprimam, Bellarmine, dic, sodes, habetne Papa potestatem temporalem? Temporalem, inquis, sed non merè temporalem. ^{bbbb} Ast quomodo? non directè, ais, sed consequenter, non omni modo, sed ^{bbb. V. de Pont. c. 61}

C 2

quadam

cccc c. V. *quadantenus.* cccc Semperne vero? minimè, respondes,
 dddd ibid. *sed tantum casualiter & incidenter.* dddd At quibus aucto-
 ribus? Hugone Victorino, reponis, Durando, Bonaventura,
 Gandavensi, Paludano, Aliacensi, &, ne numerus desit, Pi-
 ghio ac Sanderò. Gravesilli scilicet Doctores, quibus ar-
 bitris ruere jam oportet Majestatem Regum, & super-
 eminere potestatem Papæ, *non ut Papa, sed ut Principis*
 cccc c. 6. *spiritualis,* cccc illamque saltem *quandam,* non merè tem-
 poralem, *indirectam,* tantummodo *casualem,* &, ut uno me-
 expediam verbo, planè nullam. Quæ hæc tua vertigo,
 Bellarmine?

§. 20. Nos Papam, in secularibus quam maximè,
 esse subjectum potestatibus secularibus probamus ex
 Rom. XIII, v. 1. *Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίας ὑπερεξουσίας καταστέ-
 δω.* Syrus; *Omnia anima potestatibus dignitate præditis*
 (vel, ut Tremellius reddit, *potestatibus dominatus*) *subji-*
ciatur. Arabs; *Qualibet anima subdat se potestatibus super-*
eminentibus. Æthyops; *Omnia anima subdita sit potestatibus.*
 Vulgatus; *Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita*
sit. Beza, Piscator, Schmidius; *Omnia anima potestatibus*
supereminentibus subjecta esto. Lutherus; *Jederman sey*
unterthan der Obrigkeit / die Gewalt über ihn hat.
 Biblia Germ. ante Lutherum; *Ene jewelike Sele die sie*
underdanich dem Hoghesten Weldighen. Emserus;
Ein isliche Seel sey underthan der Oberkeit und Ge-
walt. Dietenbergerus; *Eine jegliche Seel sey unter-*
than der Oberkeit. Versio Photiniana N. T. *Den*
Oberkeiten die da Macht über sie haben. Angli; *Let*
every soule be subject unto the higher powers. Batavi;
Alle Ziele zy den Machten over (haer) gestelt on-
derworpen.

§. 21. Duo

21
§. 21. Duo hic sese nobis pensitanda offerunt, Oc-
casio scriptiōnis Paulinæ & Propositio.

§ 22. De Occasione audiantur ex ipsis Adversariis
Sasbout, & Pererius Jesuita, ille concisus, hic fusius rem
pertractans, Erant, inquit Sasbout, *fff in ecclesia nascent.* *fff comm.*
tis exordio, qui putarent, propter fidem in Christum exemptos *ad h. l.*
se se à subjectione magistratuum civilium, & prætextu religi-
onis detrectabant Principum jussa, sed & de Apostolis (ut refert
Chrysost.) rumor increbuerat, quod innovatores rerum essent,
& omnia ad evertendum leges communes & facerent & dice-
rent. Ut igitur hunc rumorem invalidum reddat, & doceat
Christianos propter religionem Christianam non exemptos ab
obedientia præstanda potestatibus, nec Christum tollere politi-
as, dicit, omnis anima, i. e. quilibet homo, seu ethnicus sit, seu
Christianus. Eadem, sed fusius, proponit Pererius, gggg ad h. l.
Fuisse nimirum nonnullos primis illis ecclesiæ catholica tempo-
ribus, qui falsò arbitrantes & docentes exemptos esse homi-
nes christianos secularibus & civilibus legibus, & liberos ab
obedientia & subjectione magistratuum & Principum secula-
rium, quod Dominus dixisset, (si filius vos liberavit, verè li-
beri estis,) Job. 8. & rursus, de tributis loquens, ait; (filii sunt
liberi) Matth. 17. hanc paucorum hominum falsam senten-
tiam & doctrinam Christianorum univèrsam gentem reddi-
disse ethnicis omnibus invisam & exosam, & maledictis atq;
convitiis obnoxiam: Quinciam, Chrysostomo auctore, spar-
sam rumorem perccebuisset, Apostolos ipsos & predicatores
Evangelii esse novatores, atq; ad evertendas leges civiles
omnia docere & facere. Ut itaq; scandalum auferrent tum in
concionibus, tum in epistolis suis valde laborabant in docendo
& persuadendo homines Christianos, propter fidem & religi-
onem à Christo susceptam, non esse immunes & liberos à præ-
stando

stando obedientiam, & tributa Regibus & Principibus. Ratio ergo, cur Apostolus Christianos omnes secularibus magistratibus subesse vult, hæc fuit, ne eorum, quasi ab eorum dominio exempti essent, in se odium excitarent. At Ethniciæquè in Christianos ecclesiasticos atq; in laicos auctoritatem sibi suo jure vendicabant. Apostoli igitur argumentum ordinem utrumq; necessitate subjectionis pariter devinxit.

§ 23. *Propositio tria exhibet, subjectum, predicatum & latitans in ipsis Propositionis verbis connexi cum subjecto prædicati fundamentum.*

§ 24. *Subjectum tum ponitur, tum notatur. Ponitur in voce ψυχῆ, addita universalitatis nota πᾶσι.*

§ 25. *Anima h. l. hominem designat animatum.* Frequentius enim nihil est, quàm per Synecdochen quandam pro toto homine partem alteram hominis, *carnem* interdum, interdum *animam* usurpare. Nimirum quia carni immersa est anima nostra, & ad carnales vitæ cupiditates per se prorsus abjecta, meritò interdum totus homo carnis vocabulo dehonoratur, & utiliter admonetur, quanta calamitate sua contigerit, ut mens ipsa, scintilla lucis æternæ, ad fœdissimas libidines incurvata, brutorum prope sordes cum summo naturæ suæ dedecore referre videatur. Et tamen ne animæ suæ immemor remittat prorsus industriam, qua resurgere ad naturæ suæ dignitatem, & pristinos honores resarcire molietur, totum hominem animæ nuncupatione condecorat, & nomine à nobiliori parte desumpto monet, ne in luto suo hæreat, neq; quam de cœlo factam meminerit animam, eam stercorei mancipatam, æternisq; incendiis addictam perire patiatur.

§ 26. *Cur*

§ 26. Cur autem hoc loco non vel hominem totum, vel à parte eum denominet ignobiliori, sed nobiliori, rationes has adsignat Anshelmus, s. potius Hervæus, ^{hhhh} *Sive idcirco ponitur anima pro homine, quia secunda hanc discernit, cui subdi debeat, & cui non. Vel homo, qui promotione virtutum sublimatus est, anima vocatur à digniore parte. Vel; non solum corpus sit subditum, sed anima, i. e. voluntas: hoc est, non solum corpore, sed & voluntate servatis.* Ultima hæc sic satis bellè ad hunc locum accommodari videtur, ut requiratur voce *anima* obedientia nec mutila, nec simulata, sed quæ de corde sit profecta. Quæ ratione alibi ⁱⁱⁱⁱ servis præcipit, ne *ἐν ὀφθαλμοδουλείαις* Dominis obediant, sed quodcumque faciunt *ἐκ ψυχῆς* operentur, *tanquam Domino & non hominibus.* Ita Thomas Aquinas, ^{kkkk} *Utitur hoc modo loquendi, quia subjectionem debemus superioribus ex animo, i. e. pura voluntate.* Plenius Cajetanus, ^{lll} *ut intelligeremus, non solum res nostras, aut corpora nostra, sed etiam animas debere subjici principibus secularibus, in iis, quæ possunt legitimè imperare.* Voce ergo *anima* obstruitur adversariis omnis ad commune illud *νενοφύγετε* aditus, quo docent, a Catholicos suos teneri quidem obedire infidelibus & hæreticis Principibus, subditos suos à fide abstrahentibus, sed tantum *donec resistendi vires habuerint.* At qui adversarum virium majorum metu duntaxat, non conscientia religionis repressi subjecti sunt, quibusve decretum est, quamprimum vires nacti fuerint, in rebellionem erumpere, illi profecto non ex anima obediunt, nec humanam Principibus suis, nedum Christianam, sed belluinam prorsus subjectionem exhibent: ferarum quippe est, conclusas & constrictas parere sequi; submittere, rupto autem repagulo involare in Dominos.

^{hhhh} ad h. 1.

ⁱⁱⁱⁱ Col. III, 22. 23.

^{kkkk} in h. 1.

^{lll} ibid.

§ 27. Addi-

§ 27. Addita subjecto *universalitatis nota* innuit, homines universim omnes, & sigillatim singulos præceptione Apostolica magistratui Politico subijci. Si omnes & singuli, ergò & clerici vel non sunt homines, vel potestatibus secularibus sunt subjecti. Veneranda Antiquitas certè *in omni anima* clerum quoque numeravit. Tertullianus, Igitur, inquit, *quod attinet ad honores Regum vel Imperatorum, satis præscriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum, subditos magistratibus & principibus, & potestatibus.* Nos cum dicit, *seipsum, qui Presbyter erat, includit.* Chrysostronus; *Δεικνύς, ὅτι πᾶσι πνεύματι καὶ ἱερεῦσι, καὶ μοναχοῖς, ἐκ τῶν βιωτικῶν μόνον, ἐκ παρομιῶν αὐτῶν δὴλον ἐποίησεν, ἔτι λέγων: Πᾶσα ψυχὴ, καὶ ἀπόστολος ἢς, καὶ εὐαγγελιστὴς, καὶ προφήτης, καὶ ὅστις ἐν. ἐδὲ γὰρ ἀνατρέπει τὴν εὐσεβείαν αὐτῆς ἢ ὑποταγή.* Ostendens, quod ista imperetur omnibus, & sacerdotibus & monachis, non solum secularibus: id quod statim in ipso exordio declarat cum dicit; *omnis anima, etiam si Apostolus, si Evangelista, si Propheta, sive quisquis tandem fueris. Neque enim pietatem subvertit ista subjectio.* Sequitur hunc Theodoretus; *Πᾶσαι ψυχὴ, ἢ ἱερεὺς ἢ δὴν, ἢ ἐκ χιερέως, ἢ ἐκ τῶν μονῆσιν βίον ἐπαγγελλόμενος, τοῖς τοῖς δὲ χάρις πιστευμένοις ἐκείτω.* *Omnis anima, sive est sacerdos aliquis, sive antistes, sive monasticam vitam professus, eis cedat quibus mandati sunt principatus.* Ita quoque apud Oecumenium Photius; *παιδείων πᾶσιν ψυχῶν, καὶ ἱερέως ἢ τις, καὶ μοναχός, καὶ ἀπόστολος, ὑποτάσσεται τοῖς ἀρχαῖσιν.* *Αὐτὴ γὰρ ἢ ὑποταγή οὐκ ἀνατρέπει τὴν εὐσεβείαν.* *Omnem animam instruens, sive sacerdos sit quispiam, sive monachus, sive Apostolus, ut magistratibus subdantur.* Gemella habet Theophylactus; *quem mitto, & ex ipsa Jesuitarum societate*

Exposi-

Expositorem intromitto Salmeronem, qvi, *Ad hunc Pauli locum*, inquit, *rrr* & Expositorum sensum prædictum dicen- *rrrr* ad h. l. dum est, quod potestas Ethnici principatus, nondum ecclesia incorporata, subditos habet omnes, quia, ad eam Rempub. cui præsent, tanquam membra pertinent, sive Ethnici, sive Christiani, sive Clerici, sive Episcopi, sive Apostolici: & hoc ex jure natura, ut modò Turcarum Principes supra Christianos & Principes, qui suis locis resident. Eodem modo Costerus Jesuita *ssss* & Cl. Espensæsus *tttt*

ssss Enchir. de S. Pontif. obi. 12. *tttt* comm. in Tit. XXII digr. 10.

§ 28. Prædicatum est ἐξουσίαις ἡγεμενικαῖς ἰσοτιμοῦσιν. *Doj.* Potestas metonymicè magistratum significat sæculari- rem etiam apud Scriptores profanos. Ammianus Marcellinus, *Ea*, inquit, *uuuu* demum laus grata potestati debet esse excelsa, cum interdum & vituperationi secus gestorum pateat locus. Et Constantinus Imperator, *wwww* Sive definienda causa per judicem, sive ad majorem potestatem referenda. Christus ipse Reges circumscriptione quadam ἐξουσίαζουτες definit, *xxxx* quasi quibus solis potestas propriè competit, non quælibet, sed quæ cogant homines sibi ut obsequentes, vel omninò ne sint. Quod etiam h. l. per ἐξουσίαις temporales intelligantur potestates vel exinde constar, quod iis abs sese commemoratis tribuat Paulus gladium, *terrorem, vindictam, tributa, vectigalia.* Nec aliter visum est Irenæo, qui *que sunt secundum hominem potestates; yyy* yyy I. V. adv. hæres. c. 24. Origeni, qui *seculi potestates, & mundi judices; Ambrosio* (vel quisquis auctor est) qui *Reges & seculi rectores; zzzz* zzzz in com. ad Aquinati, qui *potestates terrenas & carnales Dominos aaaaa* h. l. interpretati sunt. Et ut paucis multa dicamus. Ipse Jesuita Pererius, *Augustinus*, inquit, *bbbb* in Epist. ad Macedonium hoc loco, atq; omnes fermè Veteres intellexerunt Paulum hic loqui TANTUM de seculari potestate.

uuuu l. XV *wwww* l. IX Cod. de jud. *xxxx* Luc. XXII

yyyy I. V. adv. hæres. c. 24. *zzzz* in com. ad h. l. *aaaaa* ad h. l. *bbbb* com. in Rom. XIII, disp. l. n. 4.

D

§ 17. Nec

§II. Nec potestates tantum, sed & *supereminentes* dicuntur Reges, quod in regnis suis supra omnes constituti in omnes habeant potestatem. Luculentius & per accommodatam distributionem hæc tradit Petrus *επει βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόνι, ὡς δὲ αὐτὸν πεμπόμενῳ.* *Sive regi tantquam supereminenti, sive ducibus ab eo missis.* Ubi diligenter advertendum esse vult Abbot, *ἡγεμόνι* Regibus & iis qui à Regibus missi sunt definiri à Petro quas Paulus appellat *ἐξουσίαις ὑπερέχουσας*, ut præter duas ipsas nullus nobis alius Magistratus recognoscendus sit: Regem verò *καὶ ἐξοχῶν* & singulari quadam ratione *ὑπερέχοντι* nuncupari, ut quantumvis reliqui quoque magistratus dicantur à Paulo *ἐν ὑπεροχῇ ὄντες*, illorum tamen supereminentia circumscripta regia missione, cujus tantum nomine & auctoritate exsequuntur omnia, non nisi respectivè modo quodam, & per subordinationem intelligatur. Regia verò sublimitas absolutè supereminens & supra omnes supremo quodam jure constituta sit, *habens imaginem Dei*, ut loquitur Ambrosius, *ut sub uno sint ceteri, cui, quia vicem Dei agit, subjiciatur omnis anima, sicut DEO.*

εεεε 1. Ep.
 II, 13.

ἄἄἄἄ de
 sup. pot. Reg.

εεεε I Tim.
 II, 2.

ἴἴἴ l. c.

§ 29. Potestatibus hisce supereminentibus *ὑπεροχῶν* jubemur ab Apostolo, quod verbum à *militia* & militari disciplina desumptum *subordinationem* notat potius quàm *subjectionem*. Respicit nimirum Apostolus ad potestatem magistratui concessam, non summam & absolutam, sed subordinatam & ad præscriptum legis divinæ determinatam, tanquam supremi ordinis, Si quid enim præcipiat magistratus, quod vel Deo adversetur vel naturæ, possis te piè subducere & cum Apostolis liberè profiteri, obediendum esse DEO potius quàm hominibus,

minibus, & naturam æqvè omnibus communem legibus non subesse politicis.

§ 30. *Fundamentum connexi cum subiecto predicatè in verbis propositionis latitat triplex. Primum est iussio divina, quàm imperativè loquens indigetat Apostolus, ad innuendum, si quis contra faxit & præceptum divinum susq; deq; habuerit, maximam rei indignitatem. Alterum est supereminentia ἐξουσίας secularibus annexa, quæ vult, ut supremo omnium apud homines loco censeatur magistratus, quia superius DEO, cujus vicem agit in terris, nihil omninò vel dici potest, vel concipi. Tertium est ἐξουσία ab ordinis omnis auctore Deo profecta, quæ veluti in ordinem hunc redacti sumus, ut alius sit ὑπὲρ, alius ὑπο, ut magistratus velut dux belli extra ordines constitutus universo corpori prospiciat, ceteri suo ordine singuli locati stationes servant. Turbat ordinem divinitus institutum & ἀρχὴς fons est qui ἐξουσίας ὑποεξουσίας non subordinatur.*

§ 31. Si, quid ad hæc Bellarminus, quæras? Primum ille ex omni anima Clericos putat eximendos. Hinc ad objectam sibi Pauli sententiam, *Quamvis*, respondet, *sssss jure divino sit omnis anima potestatibus sublimiori- bus subiecta, quia tamen clericos partim ipsi Principes subje- cerint in omnibus causis Episcopis suis; Et postremò summus Pontifex clericos omnes exemerit à subiectione Principum se- cularium, sequi, ut respectu clericorum non sint Principes su- periores potestates, ac proinde non teneantur clerici Princi- pibus parere, neq; jure humano, neq; divino. Ad hoc jam re- sponsum est abs me alibi, bbbbb* quam responsionem hic re- peto: Egregiè sane. scilicet! ita ex professo jus divinum jure Pontificio profligatur. Nam, quod de Principibus assert

D 2

sssss lib. de
Cler. c.
XXVIII

bbbbb Se-
mic. I, qv.
28. §. 2.

assert Bellarminus, qui subjecerint clericos in omnibus causis Episcopis suis, non negamus quidem, dedisse Principes Episcopis id honoris, ut clericorum suorum causas audirent, sed factum id est ad reverentiam clericis apud plebem conciliandam, ne ad communia judiciorum subfelia traherentur: exinde autem non licet inferre, Episcopos & clericos non amplius esse subjectos principibus: sequetur enim aliàs, Regem, qui iudices constituit in cognoscendis & dijudicandis laicorum causis, principatu semetipsum abdicasse, ut deinde jus & potestatem de illorum negotiis cognoscendi, vel illis imperandi, nullam amplius habere contendat sit.

*iiii de Cler.
e. 28.
kkkk c. 30.*

§ 32. Aliud Tibi quæris subterfugium Bellarmine statuendo, iudicem proprium clericorum & Monachorum solum quidem esse Pontificem, Reges tamen non solum Laicorum, sed etiam clericorum & Monachorum esse Reges. Sed quàm insanis! dixeras; *iiii Non sunt Reges clericorum superiores.* Jam dicis; *kkkk sunt Reges clericorum reges.* Ergò sunt & non sunt, aut qui Reges clericorum sunt, non sunt superiores potestates respectu clericorum. Quæ hæc tua tandem vertigo est? Nonne Reges illorum Reges sunt qui ab illis regnantur? Clericorum ergo Reges esse non poterunt, quia, juxta te, nullam in illos habent superioritatem. Quam turpiter profituis teipsum! At, *debemus illis, inquis, obedientiam.* Siccine est Bellarmine? omninò, ais, sed tum *cum eorum leges non sunt contraria sacris canonibus, & cum de iisdem rebus nulla exstat canonica dispositio, ac demum quoad directionem, non verò quoad coactionem.* Sic iterum unus non unus es, sed tam dispar tibi & planè diversus, ut cui potius habenda fides sit, an neganti Bellarmino, an affirmanti, hæsitant

hæsitandum sit. Negas, Reges respectu clericorum esse Superiores; ais, debere clericos Regibus obedientiam. Concilia hæc, si Vir es. Si debent Regibus obedientiam clerici, jure debent. At non debent, inquis, quæ coactionem, sed tantum quæ directionem, ut, si velint, pareant, si nolint, cogi non possint. Ergò non debent, nisi forte ab honesto. Egregium certè debitum quod jus nullum imperet, sed vel sana, vel insana animi libido. Debent, in quibus Papis auctoribus sic constitutum est, quævis si contrà sancire visum fuerit, mox obedientiæ vinculum disruptum omne. An verò subditorum est dare leges Dominis, & sibi ipsis jura scribere, quibus à jugo illorum relaxentur? Quàm hic hæres Bellarmine, & quem non misereatur tui!

§. 32. Dicis porro, Pauli locum intelligendum esse non specialiter de potestate politica, sed communiter & generaliter, tam ecclesiastica quàm politica. *Respon-*
deo, inquis, ^{III} Paulum loqui generaliter, & hortari ^{III} I. II de S. Pont. c. 29.
omnes subditos, ut suis superioribus pareant, tam spiritualibus, quàm temporalibus. Ex qua sententia non potest deduci, Papam subiectum esse Regi, sed solum eum, qui est subiectus, debere suo superiori obedientiam &c. Itaq; B. Bernardus in Epist. 183. ad Conradum Imperatorem: Legi, inquit, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; quam sententiam cupio vos custodire in exhibenda reverentia Petri vicario, sicut ipsam vobis vultis ab universo servari imperio. Ast de potestate seculari loqui Apostolum, supra jam à nobis est evictum, & prolixè demonstrat Augustinus. ^{mmmm} Nec Bellarmine nisi nugas affert in contrarium. Audi Bellarmine. Hæc Apostoli sententia de subiectione ergà sublimiores potestates, vel generaliter accipienda est de

mmmm
 contr. Epist.
 Parmen. l. I,
 c. 7.

quavis potestate sublimiori; vel specialiter, de subjectione erga potestatem secularem. Si generaliter, & tamen, ut ais, Regem Papæ subjectum esse non probat, tum erras, dum asseris, ex hoc *doceri eminentiam potestatis Pontificia super potestatem Regum & Principum terrenorum*: sin specialiter, tum Papa subicitur Imp. quia dicitur; Omnis anima &c. nisi exanimem velis facere Papam. Sed esto: Loquatur etiam de spiritualibus Apostolus, id tamen, uti rectè colligit Junius, ⁿⁿⁿⁿⁿ sequetur necessario, quibus in rebus quis præest, in iis alios omnes obsequi oportere. Præest autem in rebus temporalibus Princeps auctoritate cogente, in spiritualibus præsent Episcopi ministerio solum limitato. Papa utrius generis?

ⁿⁿⁿⁿⁿ ad h.
l. Bellarmine

^{ooooo} lib.
cit. c. 26.

^{ppppp} Epist.
XLII

§ 34. Sed quia Bernhardi auctoritate triumphas & hic & alibi ^{ooooo} Bellarmine, dicendum quod res est, & Bernhardus ex Bernhardo explicandus. Non negamus, Bernhardum in Epist. ad Conradum ducem, svadere Duci ex hoc ipso Apostoli loco, ut Pontifici Romano reverentiam exhibeat. Sed Textum obiter tantum adspiciens, prætermisso sensu, ad verba alludit: Alibi verò, ^{ppppp} ubi in versando tractandoq; Textu sedulo immoratur, ad Henricum Senonensem Archiepiscopum ex his ipsis Apostoli verbis sic colligit: *Si omnis anima subdita sit super eminentibus auctoritatibus, tum vestra, quis vos excipit ab universitate? Si quis tentat excipere, tentat decipere.* Cape tibi hoc Bellarmine. *Nolite acquiescere consiliis eorum, qui quum sint Christiani, Christi tamen vel sequi facta, vel obsequi dictis opprobrio ducunt: ipsi sunt, qui dicere solent, Audite Pontifices, servate vestra sedis honorem, si non crescat per vos, non decrescat per vos. Hac isti; sed Christus aliter iussit & gessit: Reddite quæ sunt Casaris Casari, & quæ sunt Dei Deo.*

Deo. *Quod ore loquutus est, mox opere implere curavit, conditor Caesaris Casari non cunctatus est reddere censum. Exemplum enim dedit vobis, ut & vos idem faciatis &c. Plurimum se vobis deferre isti putant, quum vos Christo praeferre conantur, sed Job. 13. Non est Servus major Domino suo, neq; Apostolus eo, qui misit eum. Nec verbis tantum, sed & facto potestatem Regiam luculentè satis asseruit Bernhardus, cujus historiam sat prolixam pertexit Baronius, ⁹⁹⁹⁹⁹ qui ^{an. 1143. n. 7.} ^{seqq.} quum multis paginis ex Bernhardo exsumtis sua volumina infarsisset, Epistolam tamen ejus ad Francorum Regem Ludovicum, quocum ipsi ob illatam Episcopo Parisiensi injuriam ad mandatum Papæ Honorii res erat, prudens sciensq; omisit, in qua, *Si totus orbis, ait, ^{rrrrr} ad- ^{rrrrr} *versus me conjuraret, ut quidpiam molirer adversus Regiam Majestatem, ego tamen Deum timerem & ordinatum ab eo Regem offendere temerè non auderem: nec enim ignoro, ubi legerim: QVI POTESTATI RESISTIT, DEI ORDINATIONI RESISTIT.* Et post multa iterum: *Hoc sentite de nobis, hoc sentite de nostris, non infringetur Veritas in nobis, non imminuetur honor Regis, regniq; utilitas per nos.* Quid hac Bernhardi Apologia pro Regis honore & securitate, etiam quum maximum Pontificis in Regem odium exarserat, liberius, constantiusve dici potuit? Quotusquisq; hac ætate Cardinalium, vel Episcoporum tale aliquid vel hiscere ausit?**

§ 35. At, inquis Bellarmine, ^{sssss} *Summus Pontifex* ^{sssss} *lib. V* *Christi vicarius est, & Christum nobis representat, qualis erat* ^{de Pont. c. 4.} *dum hic inter homines viveret.* Demus id tibi, Bellarmine, datum esse Apostolis, datum Episcopis omnibus, ut *Christi* dicantur *vicarii*, quia legatione utuntur ^{omnē} *omnē* ^{11 Cor} *omnē* ^{V.} *omnē* ^{V.} demus etiam ex superabundanti, quod potestulas

stulas alibi, Episcopum Romanum speciali quodam jure Christi vicarium dici. Quid vero exinde? Ergo, inquis, Reges atque Principes non sunt ἐξουσίαι ὑπερέχουσιν respectu Papæ. Ergo temporalis Principum potestas spirituali potestati Pontificis subjecta debet & subordinata esse; Rex Christo & Pontifici, Pontifex soli Christo subjectus esse debet. *uuuuu* Falleris, Bellarmine, & stramineas tibi nectis catenas. *Super solum Dei residet Rex, ^{wwwww} & Dei vicarius est in regno suo.* Fassi sunt id ipsum ex Episcopis Romanis Eleutherius atque Anastasius II. Ast Papa, secundum Te, vicarius tantum est Christi hominis, humano more viventis. Dic sodes, annon vicarius hominis subjectus esse debet vicario Dei? Audi Bellarmine. Quomodo se habet Deus ad Christum, eodem modo habebit se vicarius Dei ad vicarium Christi. Ast Deus est *caput Christi*, *xxxxx* Vicarius ergo Dei caput erit vicarii Christi. Christus humano more vivens *Pater*, inquit, *yyyyy* *major me est.* Vicarius ergo Dei major erit vicario Christi, Rex seu Imperator Pontifice.

uuuuu adv.
Barclaj. c. 3.
wwwww I
Chron. XXIX
12.

xxxxx I Cor.
XI, 3.
yyyyy Joh.
XIV, 28.

zzzzz Ioh.
XIX, 10.

§ 39. Sed ut arctius te comprimam Bellarmine, quæro ex te; An in Christo, quum in terris humano more viveret, fuerit secundum homines supereminens illa potestas, cui omnis anima jure ac lege politica subiceretur? si affirmas, falsus es. Desuper enim datum erat Pilato, ut Cæsaris jure ac nomine potestatem haberet supereminentem, quæ Christum sibi obnoxium tenebat. *zzzzz* At, in quem altera potestas secundum hominem divinitus constituta est, ille secundum homines supremam potestatem habere seu exercere non potuit. Si negas, negandum quoque tibi erit Papæ Christi vicario ἐξουσίαι ὑπερέχουσιν secundum homines competere. *Quod*

33
Quod si per Christum non stetit, quin supereminentia potestatis penes Cæsarem esset, certè, quia Vicarius Domino suo major esse non potest, stare non debet per Vicarium Christi, quominus Cæsari suprema omnium potestas attribuenda sit.

§ 37. Aliis bellaturus contra Reges atq; Cæsares induis te armis Bellarmine, tute tuopse periturus gladio. Dicis I ^{aaaaaa} *Sacerdotis nomen præponitur nomini Principis, Ergò non hic in illum, sed ille in hunc ὑπερέχων habet potestatem.* Minus bellè Bellarmine. Retorque- mus tuum in te telum. Quicumq; est in possessione juris præposituræ nominis, is ὑπερέχων est respectu alterius, cujus nomen postponitur. Atqui imperatores Romani sunt &c. Ergò respectu Papæ sunt ὑπερέχοντες. Major tua est. Minorem aliquot exemplis damus probatam. Honorii Imp. in literis ad Bonifacium Papam inscriptio, quam Pontifices tui decretorum suorum monumentis dignam censuerunt, ^{bbbbbb} hæc est; *Victor Honorius, inclytus, Triumphator, semper Augustus Sancto venerabili Bonifacio Papa.* Addit glossa: *Premisit Imperator nomen suum, quia FORTE consuetudo fuit olim.* Imò non FORTE, sed CERTE nomina sua in inscriptionibus præponere consueverunt Imperatores. Sic Valentinianus & Martianus Imp. apud Binium; ^{cccccc} *Valentinianus & Martianus gloriosi Triumphatores, semper Augusti Leoni Reverendissimo Archiepiscopo civitatis Romæ.* Nec aliter Justinianus Johanni. ^{dddddd}

^{aaaaaa} lib. de off. Princ. c.V, § 4

^{bbbbbb} decret. p.I, dist. 97.

^{cccccc} Tom. II inter præamb. ul: epist.

^{dddddd} ibid

§ 38. Dicis II *Præsidentia loci in Conciliis Episcopis Romanis concedebatur, quod argumento est, non sub, sed præfuisse illos Imperatoribus.* Mentiris, si scapha scapha appellada est, Bellarmine. Seculis post Christum tribus prioribus, cum

E

destruere-

destitueretur adhuc ecclesia Regum atq; Principum patrocínio, loci, in quo congregabatur Concilium, Episcopi ei præerant, uti nos docet Eusebius, *Extat etiam, in-*
quiens, eeeee Scriptum eorum, qui ob eam causam in Palæsti-
na tunc temporis congregati fuerunt, quibus præfuerunt The-
ophilus Casariensis & Narcissus Hierosolymitana Parochia
Episcopi. Et Roma quoq; consimiliter alia propter eandem
causam habita est synodus, cui Victor Episcopus præsedit; De-
inde & alia Episcoporum Ponti, cui Palmas tanquam vetustissi-
mus præfuit: adhuc & alia paræciarum per Galliam, quam
Irenæus moderatus est. Seculo IV in prima Synodo Oecu-
menica Nicæna præsidebat in doctrinalibus Hosius Cor-
dubensis Episcopus, ffff non Sylvestri Episcopi Romani,
qui ob ingravescentem ætatem aberat, ggggg sed suo no-
mine. Imperator verò Constantinus in externis Con-
cilii præses erat, qui, ut refert Eusebius, hhhhh per medium
confessum intrabat. Simulac verò ad summum locum vene-
rat, primum in medio conventu erectus consistebat, ac ut parva
quadam sella ex auro fabricata ei esset posita, non considebat
prius, (ex dignatione non debito,) quàm Episcopi ad id in-
nuerent; idemq; omnes POST Imperatorem factitabant. In
Concilio II Oecumenico Constantinopolitano I Dama-
sus Episcopus Romanus nec præstò erat ipse, nec Legatos
suos habebat, iiii Præsidebat Imperator Theodosius
Senior, ad quem Patres in Epistola Synodica, kkkkk Ro-
gamus igitur, scribunt, tuam Clementiam, ut per literas tue
pietatis ratum jubeas confirmesq; Concilii decretum, & sicuti li-
teris, quibus nos convocasti, Ecclesiam honore persecutus es;
ita etiam summam eorum quæ decreta sunt, conclusionem sen-
tentia atq; sigillo tuo corroborea. Seculo V in Concilio III
Oecumenico Ephesino I disputationibus moderandis præsi-

eeeee l. V,
 c. 21.
 ffff Athanas.
 apol. de fug.
 ggggg Ev-
 feb. l. III de
 vit. Const.
 c. 7.
 hhhhh ibid.
 c. 10.

iiii Bel-
 larm. l. I de
 Concil. c. 19.
 kkkkk Tom.
 7. Concil.

præsidebat Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. Aderant
 Romamissi ab Episcopo Cœlestino, non ad præsed assidendum, Arcadius ac Projectus Episcopi, & Philippus Presbyter. Præsidebant per legatos suos Imp. Theodosius junior & Valentinianus. ^{////} In IV Concilio Oecumenico Chalcedonensi præsidis officium quâ actum disputandi sustinebat quidem Leo I Episcopus Romanus, non tamen ipse præsens, sed per legatos suos Paschasinum & Lucentium Episcopos, & Bonifacium Presbyterum. At directionem civilem cum legum etiam præscriptione conjunctam obtinebat Marrianus Imperator, primum ipse præsens, post per Legatos, prout testantur Concilii acta. Seculo VI in Concilio V, Oecumenico actum disputandi moderabatur Patriarcha Constantinopolitanus, initio Menas, post Evtychius. Vigiliam Patriarcham Romanam jubebat Imp. Justinianus, qui Præsens erat Concilii, una cum omnibus convenire, & non præsidere, sed ut habent verba Mandati, *communiter disceptare*. Parebat Vigilius & ipse Constantinopolin veniebat, sed, *etiamsi ei, scripto interveniente, cum Evtychio conveniret, assidere tamen illi volebat*, ut refert Nicephorus, ^{////////} fors quod prærogativam ipsi invideret. Seculo VII in Synodo Oecumenica Constantinopolitana III præsedisse Constantinum Pogonatum Imp. ipse Leo II agnoscit, quando ad eum scribens *Sancta*, inquit, ^{////////} *universalis & magna* ^{////////} *Vlta Synodus, quam nutu Dei vestra clementia & sedulo convocavit, & cui præfuit, Apostolicam in omnibus regulam, & probabilium Patrum doctrinam secuta est.* Miserat illuc Agatho Episcopus Romanus legatos suos, sed quibus ipse parum tribuebat eruditionis ad Imp. scribens; *Apud homines in medio gentium positos, & de labore corporis*

//// Tom. IV
oper. Cyrill.

////////
l. XVII, c. 27

//////// Tom
II, Ep. 1.



~~manu~~ ~~quarid~~ ~~num~~ ~~victum~~ ~~cum~~ ~~summa~~ ~~beligitione~~ ~~conqui~~
~~corpore~~ ~~quarid~~ ~~num~~ ~~victum~~ ~~cum~~ ~~summa~~ ~~beligitione~~ ~~conqui~~
 rentes quomodo ad plenum poterit inveniri scripturarum sci-
 entia? Non enim nobis eorum scientia confidentiam dedit, ut
 ad pia vestra vestigia eos auderemus dirigere. ^{ooooo} Seculo
 VIII in VII Synodo Oecumenica Nicæna II directio do-
 ctrinalis penes Tharasium Patriarcham Constantinopol.
 erat, residente civili in eam regimine apud Imp. Constan-
 tinum Porphyrogenitum & Jrenen matrem, qui Adri-
 ani Pontificis Rom. Legatorum mentionem faciens,
 eos secum in Concilio sedisse scribit, sed non præsedisse.
^{ppppp} Seculo IX in VIII Synodo generali disputationibus
 regendis præerat quidem consensu Concilii Adrianus
 II per Legatos, Basilio tamen Imp. de præsidii sui au-
 thoritate remittente nihil, quod & orationibus tam sub
 initium quàm finem Synodi habitis & frequentatis con-
 testabatur interlocutionibus, de quibus acta Concilii
 consulenda sunt. In his omnibus Conciliis generalibus
 nihil præsentia nec quàm regimen, nec quàm locum Pon-
 tificialis invenit Bellarminus, certè non quàm locum, quia
 Pontifices ipsi non erant præsentis. Nec prolixa hoc qui-
 dem indigebat probatione, quia Cardinalis Cusanus, te-
 stis omni exceptione major, ex antiquis Conciliorum
 Codd. exempla florentissimæ quondam ecclesiæ perqui-
 rens, & quid Imperatorem cum suis Patriis in Concil.
 agere maximè decuerit, perpendens, Reperio, ait, ^{qqqqq}
 Imperatorem in sua persona existentem semper præsedisse. In
 sexta verò Synodo Constantinus præsedet in medio, cum decem
 de majoribus Patriis, & ad levam ejus vicarii Senioris
 Romæ, & Hierosolymorum; ad dextram verò Patriarchæ alii,
 primò Constantinopolitanus, deinde Alexandrinus, qui in eodem
 scamno conjungebatur. Imò ipse Bellarminus, sui parùm
 memor,

^{ooooo} Act.
 IV Sext. Sy-
 nod.

^{ppppp} in E-
 pist. ad Syn.
 oct. L.

^{qqqqq} l. II
 concord. Ca-
 th. c. 19.

memor, rogatus, quare Papa Romanus antiquis Conciliis generalibus personaliter interesse noluerit, respondet; *rrrrr Una ratio fuit, quia in Concil. Orientalibus, ubi rrrrrr l. I de semper interfuit Imperator, Græci Imperatorem in summo loco collocabant; ergo ad vitandum tumultum, ipse Papa non ibat, sed tantum Legatos mittebat.* Si opponat Bellarminus Concilium seculo XV ab Evgenio Papa Florentiæ congregatum, in quo Joh. Palæologus Græcorum Imperator cum suis præsto fuit quidem, sed adeo non præfuit Concilio, ut ne quidem eum primo loco sedere passus sit Pontifex, à factò ipsum revocamus ad jus, quod protestando omninò sibi reservavit Imperator postquam præsidentiam loci de jure sibi competere prolixè asseruisset, uti ex Actis Concilii constat. Non datum id fuit Papæ, sed sum sit ille sibi de factò, nullo facti illius allegato jure.

S. 39. *Dicis III Patres dignitatem Episcopalem supra principum attollunt eminentiam, Nazianzenus & Chrysostomus ex Græcis; Ambrosius & Gregorius ex Latinis.* Iterum Bellarmine, ignosce vera loquenti, mentiris. Contexam tibi Patrum, qui Reges atq; Principes in summum collocant dignitatis fastigium, longum satis catalogum. Et possem hic ex ipso seculo I Ignarium allegare Episcopum Antiochenum & Martyrem, qui alicubi *τιμῶν ἐπι* inquit, *καὶ βασιλεία. ἐπὶ δὲ οὐδὲν πρὸς κρείττων ἢ ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν παντί ἐστιν.* Honorare oportet & Regem, nec enim Deo quisquam præstantior est, aut similis ei in rebus que sunt, omnibus. Sed vereor ne hæc adulterina sint, & ab Ignatii pietate aliena, qui certè nunquam se in Christi auctoritatem iaduisset, quomodo hunc auctorem videmus, qui citata ex Scripturis sententia, *Fili mi, honora Deum & Regem,* corrigit illam tanquam novus quidam Legislator,

l. I de Conc. c. 89-

l. I de Conc. c. 89-

Epist. ad Smyrnen- ses.

E 3

Ego

Ego vero dico, honora DEUM sicut omnium auctorem & Deum
 minimum; Episcopum verò ut Principem Sacerdotum; post illum
 honorare oportet & Regem. Præterea vox Laici, quæ in
 textu sequitur, non est ætatis Ignatianæ, sed seculi sequen-
 tis, quamvis alioquin non negem vocem illam non re-
 center natam esse, sed valdè antiquam. Adhibet eam

uuuuu lib.
 de Monog.

Tertullianus uuuuuu & Canones, qui Apostolorum nomen
 præ se ferunt malè, subinde id vocis usurpant. Misso Igna-
 tio, Tertullianum produco, qui Imperatorem à Deo
 secundum, omnibus hominibus majorem, solo Deo minorem

wwwwww ad
 Scapul.apol.
 c. 30.

nuncupat, uuuuuu sub cuius solius, inquit, potestate sunt
 Imperatores, à quò secundi, post quem primi ante omnes. Non
 potuit ita loqui Tertullianus, quod gentiles offendere
 nollet, quia sic juris Christiani proditorem sese fecisset,
 & quidem ubi minimè necesse erat: quin idem ipse alibi;

xxxxxx I. I.
 sont. Marc.

xxxxxx Rex, inquit, est summum Magnum in solio suo usq;
 ad Deum. Tertulliano succedat Optatus Episcopus Mi-
 leuitanus, qui de Imp. Constante, quem Christianum &
 religiosum fuisse testatur, verba faciens contrà Dona-
 tum, super Imperatorem, inquit, non est nisi solus Deus quò
 fecit Imperatorem. Donatus ergò & cum eo Papa Romanus
 dum super Imperatorem se extollit, Deum ex se facit,
 quæ Antichristi nota esse perhibetur à Paulo. Excipiat
 hunc, quem tu allegas Bellarmine, Gregorius Episcopus

yyyyy in vit.
 ej. per Greg.
 Presb.

yyyyy Nazianzenus, Vir, ut ait Ruffinus, yyyyy per omnia incom-
 parabilis, verbo & operibus clarus. Is certè etiam ubi tu eum
 advocatum tibi adsciscis, adversarius tuus est. Subjecti

zzzzz O-
 rat. XVIII ad
 cir. trepid.

zzzzz sumus, inquit, zzzzzz tum Deo, tum invicem aliis alii, tum
 eis qui cum imperio in terris nobis præsumunt: Deo quidem pro-
 pter omnes causas, alii aliis propter fraternum amorem, Magi-
 stratibus propter ordinis conservationem &c. Etiam hac in
 legum

legum nostrarum numero est. & quidem laudabilium, praeclarissime promulgatarum à Spiritu, nimirum, ut quemadmodum heris servi, uxores maritis, Ecclesia Domino, discipuli pastoribus & doctoribus obtemperant, ita nobis etiam praescribitur, cunctis potestatibus eminentibus subjecti sumus, non tantum ob iram, sed etiam propter conscientiam, ut qui pendendo tributo sumus obnoxii. Ast, inquis Bellarmine,

aaaaaaa lib.
V de Pont.
c. 6.

idem Gregorius & in eadem Oratione Episcopo dominum tribuit in Principem, qualem habet Spiritus in carnem, Vos quoque, dicens, mea potestati, meisque subsellis lex Christi subiecit: imperium enim ipsi quoque gerimus, addo, etiam praestantius atque perfectius, nisi verò aequum sit spiritum carni fasces submittere, ac caelestia terrenis cedere. Verba haec sunt, haud diffitemur, Nazianzeni. Sed imbellis Bellarmine, ratio est, quæ à similitudine ducitur, roboris certe nihil, parum luminis disputationibus infundens.

Agemus tamen tecum, ut indulgentissimi simus, per *εὐνοιασάντων*. Loquitur Nazianzenus de spirituali & quam habent Episcopi in merè spiritualibus potestate: huic subjecti omninò sunt etiam Principes, ita tamen ut eorum in temporalibus supra Episcopos potestas minimè evertatur. Testatur id suo exemplo Nazianzenus, qui Juliano Imp. etiam post ejuratum Christianismum, quo ad regimen temporale, absque omni seditiosa molitione semper paruit. *bbbbbb*

Nazianzeno jungimus Ambrosium, in quo Ambrosiam ipsam tute degustasse tibi videris. Ille verò disertè docet, *cccccc* quod viri ecclesiastici sublimioribus potestatibus debeant esse subjecti. Quid alibi idem doceat Ambrosius, me quidem non latet, quando Honor, inquit, *dddddd* & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari: si Regum fulgore compares; & Prin-

bbbbbb orat
II cont. Iul.
cccccc Luc.
IV c. 5

dddddd I:
de dign. fac.
c. II

Et Principum diademati, longè erit inferius, quam si plumbi
 metallum ad auri fulgorem compares; quippe cum videas Re-
 gum colla Et Principum submitti genibus Sacerdotum, Et ex-
 osculatis eorum dextris, orationibus eorum credant se commu-
 niri. Sed nec te latere debet, Bellarmine, comparatè lo-
 qui Ambrosium, non simpliciter. Potestas spiritualis ad
 secularem se habet, ut aurum ad plumbum, si splendorem
 spectes tum objecti, quod est gratia cœlestis, tum finis, qui
 est vita æterna: At ex eo non conficitur, quod magistra-
 tus politicus cujuslibet ordinis Christianis regimine
 temporali non dominetur. Sit ita. Subsunt Principes Epis-
 copis in merè spiritualibus, de quibus Gregorius VII P.
 R. *Quis Regum Et Imperatorum ex imposito sibi officio
 volet aliquem Christianum baptizare, vel corpus Domini confi-
 cere, vel ligare Et solvere?* At quoad temporalia Regibus E-
 piscopos in omni anima jubet esse subjectos Paulus Rom.
 XIII. Et si Papa tuus ex animo Sacerdotio imperium ju-
 dicat inferius, dic sodes, cur ille ad majorem sibi splen-
 dorem conciliandum coronam insigne imperii, ut loqui
 amat Durantes vester, *cum mitra consociat?* Sed, ut
 ad Ambrosium redeamus, *Non potuit*, inquis, *Ambrosius
 excommunicare Imp. Theodosium propter eadem il-
 lam, nisi prius causam illam cognovisset, Et adiudicasset,
 Et nisi etiam in foro externo legitimus iudex Theodosii fuis-
 set. Post cogebat Imperatorem ad legem politicam ferendam;
 at prescribere ei formam legis nonne manifestè ostendit, pos-
 se Episcopum interdum temporali potestate uti, etiam in eos
 qui potestatem super alios acceperunt? Et si Episcopus id potest,
 quò magis Episcopus Episcoporum scilicet! Inanis Bel-
 larmine, & quot verba, tot loqueris mendacia. Falsum
 est Ambrosium contrà Theodosium processu forensi
 usum,*

eeeee l. IV
 Ep. 2.

fffff l. III
 div. off. c. 13.
 gggggg l. III
 de Pont. c. 8.

usum, qui reum nec citavit, nec accersivit testes, nec sententiam in eum ad formam externi juris tulit. Certè nihil horum Historia meminit. Notorium erat factum, & tot comprobatum testibus, quot in clade Thessalonicensi ceciderant mortuorum cadavera: sententiam, quam in Imperatorem Ambrosius dixit, omninò dixit ut Imperatore superior, sed in propria specie potestatis, non forensis, sed tantum spiritualis. Falsum est, quod coegerit Theodosium Ambrosius ad legem politicam ferendam eique præscripserit legis formam. Historia *Consilium* conscribendi legem illam Theodosio dedisse Ambrosium quando dicit, palàm facit, quod Theodosius id accepit nulla lege *necessitatis*, sed *discretionis*, quia illud consilium prudentissimum illi visum fuit. Excipiat Ambrosium Chrysostomus, qui planè *ἡγεμόνων*, non *σιδηρόσμου*, cultor, non contemtor Regum. Hic cum urbs Antiochena, regnante Theodosio, propter seditionem & imperatricis statuum contumeliosissimè habitam periclitaretur, *hhhhhh* per concionem, ut gravitatem offensæ designaret, *ὄν γὰρ ἴδιν*, inquit, *ἰῆμι δὲ ὑβριστὰς ὁμοτιμὸν πᾶσι* *ἔχων ἴππῃ τῷ γῆς. Βασιλεὺς γὰρ κεφαλὴ καὶ μετὰ τῆ ἴππῃ τῷ γῆς* *ἴδιν ἀπάντων*, *Lasus est, qui non habet parem ullum super terram; Rex enim summus est caput omnium super terras hominum.* Quod idem alibi *Sacerdotium regno præcellere* ait, non magis evincit Episcopis præcedentiam ubiq; & præsentiam supra Principes competere, quàm evincitur, Alexandrum Aristoteli potestate & honore cedere debere, quia hic excolit animum virtutum præceptis, hominemq; informat ad benè beatèq; vivendum, ille tantum externo Reip. bono consulat. Missis aliis ad Gregorium me confero, quem *Magnum* vocitatis atque

hhhhhh
Theodor et
l. V Hist. c. 20
ἰῆμι Hom.
II ad pop.
Antioch.

F Sanctum;

Sanctum Pontificem, in ipso perparum causam tuam
 contrà Reges & Principes reperire patrociniū demonstra-
 turus. Allegas tu, *kkkkkkk* cum Baronio tuo *lllll* ex Gre-
 gorio *mmmmmm* hæc verba; *Si quis Antistitum, Judicum,*
lllll ad An. *vel quarumcunq; secularium personarum nostræ præceptionis*
593, n. 79. *decretum violaverit, cujuscunq; sublimitatis aut dignitatis sit,*
mmmmmm *honore suo privetur, & his verbis adductum Gregorium*
m lib. 15. in- *VII jure deposuisse Henricum Imperatorem persuadere*
ducl. II, Ep. 38. vis. Sed Bellarmine non poterat, vel cerrè non debebat
 te latere citatam Gregorii de Medardi Monasterio Epi-
 stolam spuriam esse. Jamesius Protobibliothecarius
 Oxoniensis Epistolam hanc in septem manuscriptis
 Gregorii operibus non observavit, *nnnnnn* Et ipse
 tuus Baronius fatetur, *ooooooo* subscriptionem ejus
ooooooo l. c. *non posse congruere cum istis temporibus, siquidem complures*
n. 85 *Episcopi qui subscripti reperiuntur, post aliquot adhuc an-*
nos demùm creati noscantur. Hac excussus, alia ex Grego-
 rio insistis thesi tuæ ratione, sed nihilo prægnantiore.
pppppp I. II *Etsi, inquis, pppppp Gregorius Servum se Imperatoris vocet, ta-*
de Pont. c. 28 *men addit, debere Imperatorem Sacerdotibus reverentiam ex-*
libere: quod certè inferioris est, non superioris. Superior
 ergò per te, Bellarmine, uxor marito, quia vult Petrus, ut
 maritus *πῦν* exhibeat uxori, *qqqqqqq* superior per te vi-
 dua Episcopo, quia tenetur Episcopus, juxta Paulum, vi-
 duas honorare. *rrrrrr* Reverentia præsupponit excellen-
 tiam, sed non omnis excellentia in superioritate confi-
 sit. Supremus in terris reverentiæ gradus magistratui
 debetur, propter impressam in illis supremam divinæ Ma-
 jestatis & excellentiæ imaginem, ratione externi Domi-
 nii, cui parere tenetur *omnis anima*: debetur etiã Sa-
 cerdotibus eximius reverentiæ gradus propter ordinis
 & mi-

& ministerii præstantiam, uti vos prolixè docet allegatus ante abs nobis Coventriensis. Sed ut te tuo confossum sentias cornu, audi Bellarmine. Ab Imp. Mauritio reverentiam sibi & sacerdotibus honorem deposcit Gregorius, cujus tamen tanquam Domini sui jussionibus paruisse se aliquotiens dicit. Quæso te, quomodo hæc conciliabis? Quo jure jubere potest Imperator & parere Papa, ille ut Dominus, hic ut Servus, si nulla Imperatoris in Papam ἐξουσία ὑπερέχουσι? Respondes tu, ^{ssssss} *Gregorium partim ex humilitate, partim ex necessitate se Imperatori subjecisse*, & obedientiam præstitisse non debitam, sed coactam. At falsum est utrumq; Bellarmine, & quod de humilitate affers, & quod de necessitate, si humanam intelligis, non divinam. Illam prosternit ipse Gregorius, quando Solerter, inquit, ^{tttttt} *nitendum est, ne dum inordinatus custoditur virtus humilitatis, solvantur jura regiminis, & dum Prælatus quisquam plus se dejicit, subditorum vitam distringere sub disciplina vinculo non possit*. Hanc vel eo ipso profligat, quod piissimum vocat Imperatorem, ejusque jussionibus suam obedientiam liberrimè offert atq; ex animo. ^{uuuuuu} Quin quod non metuerit magis Imperatoris, quam Dei iram, alibi satis luculenter testatur, quando de lege paulò iniquiore, quam jusserat promulgare Mauritius, ad eum hunc in modum scribit; ^{wwwwww} *Ego indignus famulus vester, vestra jussioni subiectus, eandem legem per diversas terrarum partes transmitti feci: & quia lex ipsa omnipotenti Deo minimè concordat, ecce hoc per suggestionis meae paginam Serenissimo Domino meo significavi. Utrobique igitur quæ debui exsolvi, qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod sensi minimè tacui. Et, ne te detineam, Bellarmine, audi tuum Espensæum, qui*

^{ssssss} *Recogn: p. 15. 1m*
lib. II de
Pont. c. 28.

^{tttttt} *lib. de*
cur. past.
c. VI

^{uuuuuu} *lib.*
IV Ep: 32.

^{wwwwww} *wwwwww*
I. II indict.
II Ep: 61.

Gregorius *Idem* & Magnus, inquit, xxxxxxx lib. 2. epist. 64, *ingenuè agnoscebat, Imperatori à Deo concessum, non militibus solum, sed Sacerdotibus quoq; dominari.*

§ 40. Dicitur IV Ipsi Imperatores noluerunt iudices esse in causis Episcoporum, quod eos sibi non sub se præesse agnoscerent. *Ecclesiastica quoq; testatur Historia, scribis, quia quum pie memoria Constantino in scripto oblata accusationes contra Episcopos fuissent: libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, Episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens; Vos Dii estis à vero Deo constituti, ita & inter vos causas vestras discutite, quia dignum non est, ut nos judicemus DEOS.* Quia occasionem subministras Bellarmine, non possum quin tecum aliquantò agam prolixius, atq; demonstrarem, nec remisisse Reges ac Imperatores quicquã de suo in Pontifices jure, nec uti remitterent veteres, eosque sanctos Pontifices unquam poposcisse.

§ 41. Et quidem quod ad primum attinet, à Constantino Christianorum Impp. primo, Principe verè Magno, tecum faciam initium. Quod ille causam Donati auctoritate sua Miltiadi Papæ & assignatis ei ex Episcoporum ordine fociis examinandam commiserit, ac, post latam ab illis sententiam, eandem causam Episcopo Arlatensi determinandam delegaverit, ex Historia latere te minimè potest, quod certè infallibile est superioritatis imperatoria in Pontificem argumentum. Regeris tu, *Constantinum Episcopos vocitasse Deos.* Respondet tibi Baronius tuus, *Constantini* (ut Catechumeni) *tyrocinio condonandum, quod Petrum & Paulum Deos vocaverit.* Et si propterea Regibus superiores sunt Episcopi, quia *Dii* vocantur à Constantino, quidni multò magis superiores

riores erunt episcopis reges, qui ab ipso Deo vocantur
 Dii? quod tu ipse alibi doces. zzzzzzzz Sint Dii ut Pastro. zzzzzzzz. I
 res spirituales Episcopi, & propterea honorandi abs Re- de laic. c. 30.
 gibus; attamen & Reges ut Domini temporales Dii sunt,
 & ob id honorandi ab Episcopis. Reponis tu, noluisse ta-
 men iudicis officium in causa Episcoporum sustinere Constan-
 tinum. Instantia hæc tua, Bellarmine, profligatae con-
 scientiæ argumentum est. Nonne in causa Episcoporum
 Concilium convocavit Constantinus, nonne episcopos
 undiq; per literas accersivit, nonne Conciliū locum Ni-
 cæam destinavit, nonne congregatorum (quod fateris
 ipse) libellos accepit, flammisq; tradi iussit? aaaaaaaa Et aaaaaaaa
 nonne hoc omne supremae in Episcopos auctoritatis de- Socrates l. I
 monstratio est? Noluit tamen, inquis, sententiam ferre. Hist. c. 5.
 Ita est, Bellarmine, sed quare noluit? non quod velle aut
 non potuit aut non debuit, sed quod id non adeo expedi-
 re ipsi visum fuit in isto suo tyrocinio, & causa Episco-
 porum infamiam concernente. Quam nihil verò ille
 postea de sua in Episcopos iusticia remiserit, litera ejus
 ad Tyrensis Synodi Patres conscripta nos docent apud
 Evsebiū, bbbbbbb in quibus Quod se quis, ait, rejecto ac spre- bbbbbbbb lib.
 to mandato nostro adesse Synodo noluerit, delegabimus ali- IV Hist. c. 42
 quem, qui Regia illum auctoritate in exiliū ejectione docebit,
 hominem minimè decere summi Imperatoris præceptionibus ad-
 tuendam veritatem repugnare. Theodosius, Valentinia-
 nus, Gratianus & Honorius de personis ecclesiasticis
 omnibus, (Papa non excepto,) eorum bonis atq; discipli-
 na leges & canones præscripserunt. Idem fecit Justinia-
 nus, qui insuper Sylverium Papam exilio multavit. Ca-
 rolus Magnus Imperator (in quo Baronius cccccc ad
 detur sibi dignam virtutum exemplar inveni & religionis an. 843. m. 62.
 omnibus

omnibus absolutum numeris simulacrum; quem Paschalis
 Papa in numerum Sanctorum adscivit) Romam perrexit
 & Leonem III multis criminibus oneratum iudicii exa-
 men subire coëgit, referente Baronio. Ottho Imperator,
 (qui, ut ais Bellarmine, *coronam Casaream legiti-
 time sibi traditam in Germaniam intulit, Vir illo honore, ob
 celebrem pietatem, & raram in bellis felicitatem non indi-
 gnus,*) Johannem XII Pont. deposuit, & Leonem VIII sub-
 stituit. Quod tu quidem homo zelo, sed non secundum sci-

ddddddd
 de off. princ.
 l. III, c. 2.

eeeeeee l. II
 de Pont. c. 39

fffff pag.
 21. 1699.

entiam factum esse clamitas, *sed respondit tibi jam-
 dudum de auctoritate & dignitate Principum qui con-
 trà Te disseruit Conventriensis in Anglia Episcopus.
 Hæricus III Imp. cui quod objiciatis Vos criminis,
 omninò habetis nihil, Gregorium VI Papam Pontificatu
 exiit. Idem de Francorum atq; Hispaniæ Regibus pro-
 lixè probat citatus jammodò abs nobis Episcopus.*

§ 42. Nec arrogasse sibi in Reges & Cæsares *Exci-
 os vicesq;* priscos Episcopos ac Pontifices Romanos, *Hi-
 storia priorum VIII à Christo seculorum* nos luculenter docet.
 Et primò quidem occurrit purpurata illa atq; continuis
 conspersa sangvinibus *trium seculorum* Historia, quâ Epis-
 copi Romani ad Miltiadem usq; omnes viginti septem
 certè aut plures continenter occisi, nunquam audita vo-
 cula de superioritate Episcopi Romani, omnia tolera-
 runt, neq; sævissimos in Ecclesiam grassantes tyrannos
 exuere dignitate, aut de Majestatis deturbare fastigio au-
 si sunt. Quàm cespites hic, Bellarmine, in luce tam clara,
 & quid nugarum regeras, me non latet. *Si Christiani, in-
 quis, olim non deposuerunt Neronem, Diocletianum
 & similes, bocerat, quia deerant vires temporales Christianis.
 Appello conscientiam tuam, si quam habes, aut si non
 occal-*

ggggggg l.
 de R. P. c. 7

47

ocalluit ea penitus & frons periit omnis. Nonne ver-
rissima illorum temporum Historia impudentissimi te
convincit mendacii? nonne apertissime te confutat Pa-
trum qui scripsit seculo tertio primus Tertullianus,
quando *Vel una nox, inquit, hhhhhhh pauculis faculis largita hhhhhhh*
tem ultionis posset operari, si malum malo dispungi penes nos Apologet.¹
liceret: sed absit, ut aut igni humano vindicetur divina se- c. XXXVII
ctra, aut doleat pati in quo probatur. Si enim hostes extrane-
os, non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset nobis
vis numerorum & copiarum; plures nimirum Mauri & Mar-
comanni ipsiq; Parthi, vel quantacunq; unius tamen loci & su-
orum finium gentes quam totius orbis? Externi sumus & ve-
stra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, con-
ciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, Senatum, forum;
sola vobis relinquivimus templa; cui non bello idonei, non prom-
ti fuissetus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur,
si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occi-
dere? En quam bellè concordat tecum Bellarmine Ter-
tullianus! dicis tu, deerant vires, dicit ille, Non deerat
vis numerorum & copiarum. At unus Tertullianus plus
apud nos & bonos omnes meretur fidei, quam mille
Bellarmini.

In *Seculo quarto* occurrit *Liberius Papa*, qui quam
submississime ad *Constantium Imperatorem*, Opto, scribit,
iiiiiii *tranquillissime Imperator, ut benignas aures mihi Cle-* iiiiiii *apud*
mentia tua tribuat, quò possim Mansuetudini tuae mentis mea- Binium
propositum aperire: in eo me laborare intelligo, quod repetita sa- Tom. I
tisfactione animam tuam in gratiam meam revocare non pos-
sum; sermo enim tuus me quidem, QVEM PATIENTER
OMNIA FERRE NECESSE EST, plurimum lacerat. Sup-
plicat idem Liberius, ut jubeat Imperator, sicut ei placuerit,
Conci-

Concilium Aquilonense congregari, quæ certè erat causa ecclesiastica, etsi non mera, sed mixta.

Seculum quartum non unum suggerit exemplū Pontificum qui suam ergà Impp. fidelitatem ac subjectionem fecerunt testatissimam. Habemus Bonifacium I, qui ab Honorio petit ut in urbe Roma nunquam quis per ambitum Episcopus ordinetur, rationemq; subdit, quâ Imperator
 kkkkkkkk Deo favente in humanis rebus divina cultor religionis
 ibid. *presideat, subindeq; precatur, ut is in perpetuum statui universalis ecclesie consulat. Habemus Leonem I, quem jure*
 unuu de magnum appellatum notas Bellarmine, unuu Hic, cum ad
 script. eccl. ad an. 440. *versus Evtychen Concilio opus esset, ita scribit ad Theodosium Augustum, mmmmmmm Si pietas vestra suggestioni*
 mmmmmmm *& supplicationi nostra dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis episcopale Concilium, citò auxiliante Deo poterunt*
 mm Epist. LX *omnia scandala refecari. Non jubet ipse, sed per supplicationem agit cum Imperatore ut ille jubeat. Cum autem non annueret Imperator, sed Ephesi Concilium convocaret, Leo excusans absentiam suam addit, nnnnnnnn*
 nnnnnnnn *Studium meum commodavi, in quantum Dominus juvare dignatur, ut Clementia vestra statutis aliquatenus pareatur, ordinatis*
 Ep. XVI *hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro causa æquitate sufficiant, quiq; presentia mea impleant vicem. Paren-*
 oooooo Ep. *dum sibi censet statutis Imperatoriis, certè non ut Imperatore superior, sed inferior. Quàm submissè verò ille,*
 XXIII *quando, cedente in malum isto Concilio, pro convocando altero Concilio agit, ad Theodosium; oooooo Omnes*
partium nostrarum ecclesie, omnes mansuetudini vestra cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes, ut generalem Synodum intra Italiam celebrari jubeatis. Idem ad Pulcheriam Augustam; Supplicationem nostram, inquit, ppppppp
 ppppppp Ep. *ad*
 XXVI

ad Clementiss. Principem digneris asserere. Ad Evdoxi-
 am Augustam; ⁹⁹⁹⁹⁹⁹⁹⁹ Suppliciter postulavi. Ad Leonem ⁹⁹⁹⁹⁹⁹⁹⁹
 Augustum; ^{rrrrrrrr} Literas Clementia tua veneranter accepi ^{rrrrrrrr} Ep. XXXV
 quibus cuperem obedire, sed magis id vobis arbitror placitu- LXV
 rum, &c. Habemus Simplicium I, qui Imperatorem Ze-
 nonem obnixè rogat, ^{ssssssss} ut Episcopos quosdam ne ^{ssssssss} apud
 fanda praesumptionis operarios regia censeat potestate cohiberi. Binium I. c.
 Habemus Felicem III, qui ad Leonem Imp. ^{uuuuu} Honorificentiam ^{uuuuu} ibid.
 tuam precor, ut supplicationem meam Princeps
 Christianus benignis accipias auribus. Habemus Gelasium
 I, qui ad Anastasium Imp. Legibus tuis, scribit, ^{uuuuuuuu}
 ipsi quoque parent religionis antistites. Habemus Anasta- Epist. Vapud
 sium II, cujus ad cognominem sibi Anastasium Imp. Binium
 hac ratio scribendi est; ^{wwwwwww} Pro fide catholica hu- Tom. II.
 milis pietati tuae precator occurro. Et deinde; Ad literas ve- ^{wwwwwww}
 stras & MANDATA respondi. w ibid.

In Seculo sexto pro Imp. atq; Regibus contra Pa-
 pam ejusq; parasitos loquitur Hormisda I, qui ad Ana-
 stasium Imp. Futuram Synodum, inquit, ^{xxxxxxx} Scriptis ^{xxxxxxx}
 tuis Sacratissimis indicari MANDASTI, cui NOS interesse Epist. V. ib.
 DEBERE eisdem paginis, Deo, ut credimus, tibi imperante,
 commonuisti. Loquitur Pelagius I, qui ad Childebertum
 Francorum Regem Imp. Justiniani filium, cum ab eo
 confessionem fidei edere requireretur, ut se ostenderet
 ab orthodoxa fide minimè alienum, ità scribit; ^{wwwwwwwww} Ep.
 Quanto nobis studio ac labore satagendum est, ut pro aufe- XVI apud
 rendo suspicionis scandalo obsequium confessionis nostrae Reg. Binium I. c.
 gibus ministremus, QVIBUS NOS ETIAM SUBDITOS
 ESSE SANCTÆ SCRIPTURÆ PRÆCIPUUNT. Audi
 Bellarmine. Romani ipsi Pontifices, præcipiente ita
 Scriptura, Regibus atq; Imp. subjecti sunt. Quid di-
 fertius

fertius dici poterat? Ipse vester Tholosanus verbis
 hisce Pelagium subjectionem suam Regibus debi-
 tam esse testari, apertè fatetur. *Loquitur*
Gregorius I, cui id tribuis elogii, Bellarmine, quod fuerit Papa Sanctissimus & Doctor eximius &
meritò magnus appellatus. Is maximè in causa Regum
contrà typhum hodiernorum Pontificum secularem
nobis suffragator est. Affectabat tum temporis univer-
salis Episcopi superbam appellationem Job. Constantino-
politanus ambitiosius, quem ex eo capite ut Antichristi
præcursores insectatur Gregorius, & de eo ad Mauritium
Imp. scribit; Honori quoq; imperii vestri se per pri-
vatum vocabulum superponit. Idem ille ad eundem;
Serenissime Domine, quod quidem ad me attinet, Sereniss.
JUSSIONIBUS OBEDIENTIAM præbeo. Et ad Theodosi-
 um fatetur, Deum concessisse eum non solum militibus, sed
 etiam Sacerdotibus dominari.

zzzzzzzz l.
 VII de Rep.
 c. 2. n. II.
 aaaaaaaaa
 l. c. ad ann.
 700

bbbbbbbb
 lib. IV, ep. 30
 cccccccc Ep.
 32.

dddddddd
 lib. II, Ep. 103

eeeeeeee de
 super. pot.
 Reg. p. 89.

Seculo Septimo quod tam insolenter ambierat Con-
 stantinopolitanus obtinuit quidem à Phoca proditore
 post magnam contentionem Episcopus Romanus Boni-
 facius III, ut Romana Ecclesia caput esset omnium ecclesia-
 rum, & Romanus episcopus universalis omnium ecclesiarum
 episcopus. Hoc adeptus Romanus, inquit Episcopus Saris-
 burienfis, etsi insolescere coepit in Ecclesia magis ac
 magis, contentus tamen primatu inter Episcopos, Imperatori
 debita, & hætenus quidem præstita officia non negavit. Et
 Bonifacius quidem obtinens à Phoca principatum illum, eo
 ipso illum se superiorem recognoscit. Nam qui Privilegium
 concedit, semper major est eo, cui conceditur. Octavus à Bo-
 nifacio fuit Martinus I, qui suam ergà Imp. Constant.
 submissionem atq; reverentiam his satis liquidè conte-
 statur


statur verbis; ~~iiiiiii~~ Nos ad pietatem vestram confugientes, ~~iiiiiii~~ Epist. III apud Bini-
ORANTES, atq; hortantes vestram Serenitatem, ut hac diligen-
ter legere dignetur. Eodem ferè modo Agatho I ad Hera-
clium & Tiberium Imp. ~~zzzzzzzz~~ Domini Serenissimi, se ~~zzzzzzzz~~
cundum piissimam missionem vestram pro OBEDIENTIA, quam apud Bini-
debuimus, presentes confamilios nostros curavimus manda-
ri, pro quibus flexo mentis poplite SUPPLICITER vestram Tom III
Mansuetudinem & Clementiam deprecamur.

Seculum octavum Gregorium nobis suppeditat II &
III, quibus auctoribus Imperator Leo III Isaurus dictus
ab imperatoria dignitate deturbatus esse creditur, sed
falsò, uti demonstrat Episcopus Sarisburiensis abs nobis
citatus supra. Occupavit paulò post Papale solium Ha-
drianus I, Vir, ut judicas Bellarmine, ~~hhhhhhhh~~ Sanctus ~~hhhhhhhh~~
& eruditus. Hic ad Constantinum Imp. ejusq; matrem l: c. ad an.
Jrenen ita scribit inter multa; ~~iiiiiii~~ Deprecantes cum ~~iiiiiii~~ Ep. I
magna cordis dilectione, mansuetissimam vestram Clementi-
am, & tanquam presentialiter humo stratus & vestris vestigi-
is provolutus quasò & coràm Deo depono. En tibi, Bellar-
mine, Pontificem vestigiis Imperatoris provolutum sup-
plicissimè deprecantem. At, quantum hodie mutatus
ab illo Pontifex Imperatores indignissimè suis provolu-
tos pedibus ad pedum osculum admittit! Claudat hoc
Pontificum ~~iiiiiii~~ ~~iiiiiii~~ sese subordinantium
agmen qui Seculum octavum claudit & nonum incipit
Leo III. Hic postquam Carolum coronaverat & Imperatorem
creaverat, ut vult Aimonius apud Bozium, ~~kkkkkkkk~~ spe- ~~kkkkkkkk~~ de
Et ante populo ipsam voluit ADORARE, ut cognosceret Sign: Eccl.
scilicet populus quanti esset Imperato- Tom. II. l. 20
ris Majestas.





F. Reppien.



AUCTORUM

Menochius	p. 16	Ruffinus	p. 27
Menzerus Sen.	p. 13	Saa	p. 16
Mercator Gerh.	p. 62	Salmero	p. 16
de Monte-Marfano Cœlest.	p. 57	Scaliger Jo	p. 56, 60, 71
Morus Alex.	p. 19, 44	Schmidius	p. 1, 10, 31
Mulmannus	p. 16	Schmidius	p. 19, 46, 47
Nachmanides Rabbi	p. 70	Schmidius	p. 52, 57, 60
Nicephorus Callistus	p. 6, 41	à Schurma	p. 12, 46, 47
Oecumenius	p. 9	Sedulius	p. 20
Onuphrius	p. 30	Servius	p. 38
Orach Chaiim	p. 70	Simfonius	p. 49
Origenes	p. 38	Socrates	p. 62
Osiander And.	p. 1, 10, 61	Sozomen	p. 6
Pagninus	p. 40	Spondanu	p. 6
Pamelius	p. 14	Stapleton	p. 50
Paræus	p. 32	Strabo W.	p. 16
del Pas Angelus	p. 16	Tannerus	p. 29
Paulinus	p. 30	Tarnoviu	p. 16
Pelargus Sen.	p. 53, 60	Tertullian	p. 15
Pererius	p. 54	Theodore	p. 24, 38, 52
Perkinsius	p. 37	Theophy	p. 6, 9
Petavius	p. 57	Thyfius	p. 38, 60, 67
Petitus Sam.	p. 72	Tilenus	p. 54
Photius	p. 9	Tirinus	p. 25
Piscator	p. 12, 51, 57	Titus Bo	p. 16
Pricæus	p. 53	Toletus	p. 59
Prideaux	p. 54	Torniellu	p. 37
Prudentius	p. 29	Turnebu	p. 58
Qvistorpius Sen.	p. 12, 17, 57	Tyskiviti	p. 49
Rhenanus Beat.	p. 14	Vasquez	p. 16
Rivetus	p. 35		p. 18, 21, 37, 46

Versio

